



248  
13



# CONSTITUTIONES

PRO

NOVITIIS PRIMÆ PROBATIONIS

ET

Adolescentibus professis secunde probationis Clerico-  
rum Regularium Congregationis Somasche,  
& doctrine Christianæ in Gallia.

Nec non admonitiones ad eorundem Moderatores.

Editæ.

Jussu admodum Reuer. Patris Generalis.



M E D I O L A N I

Apud hær. Pacifici Pontij, & Ioannem Bapti-  
gam Piccaleum, Impressores Archie-  
piscopales. M. D. C. XXIV.

CONSTITUTIONES

Imprimatur:

Fr. Franciscus Carenus Lector Theo-  
logus, & Vicarius Sancti Officij Me-  
diolani.

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus  
Consulter S. Officij pro Illustriss. D.  
Cardinali Archiepiscopo.

Vudit Saccus pro Excellentiss. Schatu.



1543. 1544. 1545.  
1546. 1547. 1548.  
1549. 1550. 1551.  
1552. 1553. 1554.

DE VOTIS  
ADOLESCENTIBVS

Primæ, & secundæ probationis Nouitijs,  
Congregationis Somascha, & Doctrinae  
Christianæ in Gallia.

Mauritius de Domis Præp. Gen.  
Salutem in Domino.



ELIGIOSÆ vitæ, quam  
estis ingressi viam, Ad-  
olescentes, per arduam  
illam quidem, & sa-  
lebrofam esse, ut quære-  
tè ad cælum tendat, & ingiz sit spiri-  
tus, cum carne contentio subeunda, vel  
sacrae paginæ testantur. Verùm ean-  
dem subinde planam, & facilem fo-  
re, si generoso non solum animo, &  
obfirmata in difficultatibus superandis  
mente quis perfistat, sed etiam si probè  
norit qua incedendum sit ratione, sciat-

A 2 que

<sup>4</sup> que effugere ea offendicula, que intercurrunt, nemo est, qui dubitet. At vero illud cum primis enitendum, ut bene tyrocinium sacræ militiae religiosus ponat, studeatque in bona primæ ætatis, quæ non minus ad vitium, quam ad virtutem facile flecti potest, indole, tamquam in cera purissima, insignes virtutes, et probos mores imprimere:

<sup>In Spec.</sup> <sup>discip.</sup> præclare enim D. Bonaventura, qui disciplinam in nouæ conuersationis initio negligit, ad eam postea difficile applicatur. Assuetudine si quidem, et optimæ discipline informatione fit, ut non solum laboribus obduret animus, et quod onerosum videbatur, et moles tum, leue, iucundumque euadat; sed etiam ut à recta via nulla unquam in diuerticula deflecat. Quamobrem hæc una maxime Adolescentes, et nostrum, qui ad clauum Congregationis sedemus, et vestrum, qui nostrum institutum

su-

<sup>5</sup> suscepisti, animum pulsare debet cogitatio, hæc una coquere pectus cura. Ut nos rectam vobis prescribamus, in suscepto vitæ instituto rationem, et vos præclarum religiosæ perfectionis tyrocinium ineatIn Regn. D. Monach.. Nos quemadmodum Hieronymus ait doceamus prima vos fronte filij magna cœpisse, et excelsa sectari, et adolescentie, immo pubertatis incitamenta calcantes perfectæ etatis gradum scandere: Vos vero entamini, recta pergentes ad Virtutem, ad cælum via, quam cœpisti, ut perfecti viri euadatis, et milites veterani magnis conflictationibus, de hoste illustri Victoria reportata, cœlestis triumphi lauream, qui militiæ huius vestrae finis est, tandem assequamini. En proponimus vobis nobilem in pietate, et probitate institutionem; viam vobis commonstramus bene in eundæ pubertatis, et adolescentiæ vestre; rationem

A 3 aperi-

aperimus, quā religiosæ perfectionis fastigium attingatis; Praeexcitamenta sunt ista, quibus, ut egregie prodeatatis in campum, assuendum est. Incubite, quæ vestræ sunt partes, ut pīs institutis formati, probis moribūs imbuti faces ita præferatis consequentis ætatis, ut eius glorie, & honoris, quem in Republica Christiana nostra Congregatio consequi sperat & optat spes omnis in vobis conquiescat; scitē enim D. Ambrosius, perfectio discipulorum gaudium, & corona Magistri est. Quid.  
ad The. cap. 3. quid à vobis præclari, quidquid laudabilis, & honesti proficietur, in nostram, non minus ac vestram gloriani redundabit.

# PROEMIUM, ET TOTIVS PARTIS DIVISIO.

**P**ea semper cura versati sunt Patres nostri; & sedulò labores omnes in id præcipue direxerunt; ut nostra Religionis iuuentutem ad optimos mores, & præclara viuendi instituta formarent: rati tum demum fore optimè Congregationi consultum, si sanctissimè Adolescentes educarentur: quæcunque enim incrementa, faustaque Congregationis progressiones à benè instituta, pietate, probisque moribus formata iuuentute proficiuntur. Sed ut, si prava iuvenili animo semel inhæsetint, adeo firmè, ac tenaciter insident, vt quo fuerit primū imbutus quisq; odorem diutissimè oleat; nec crebris etiam obiurgationibus possit abstergi: ita satis compertum est, magno Religionis incommodo, nil citius frigescere illo feroce pietatis, ac spiritus ardore, quo iuuenis Religionem ingressus suum Christo nomen dedit. Simul enim laxata paululum seueriori disciplina, ac neglecta custodia, deferuet è vestigio paulatim ille calor acquirendæ virtutis; & ad meliora proficiendi desiderium teper omnia, ni noui subinde hortationum igniculi ad autriendas primò conceptas cœlestes flamas

<sup>8</sup>  
subiiciantur. Mortales namque omnes sunt præ uitate naturæ ad malum proclives: sed maximè omnium iuuentus ad peiora trahitur veluti sua sponte , vegetori sensu , viuidiori ætate , hebetiori ingenio ad malum stimulis quodammodo quibusdam agente . Cui nisi frenum iniiciatur , per abrupta omnia præceps in obliquum abripitur . Idecirco Patres optimo consilio sanxerunt , diplomate etiam Clementis Octavi Pontificis Max. ita iubente , vt non solum nouitij , qui nostram vivendi rationem suscep- tunt optimis institutis , sanctissimis moribus , ad pietatem , ad regularem disciplinam eru- diantur ; sed etiam vbi prima Religionis rudimen ta sub magistro posuerint , ac vota nuncu- parint , secundam ineant probationem : alium animæ cultorem habeant , quò iniecta veræ pie- tatis femina teneris mentibus altius inhærent : ac profundiores figant radices , ne illa dum pul- lulant , vel dæmonis in cursus flabra conuellant , vel deficiente humore devotionis arescant . Huic ætati potissimum humani generis hostis necit insidias , quam sicuti videt imbecillorē , ita suarum artium , ac fraudum putat magis ru- dem , & deceptu faciliorem . Quocirca vigili custode opus est ; ne , quas scit diuino ori sapi- dissimas esse fructuum primitias , fut nequissi- mus deprædetur . Admoliuntur ideo patres il- lius furor , ac nequitia , impedimenta consti- tutionum , ac regularum septa , ne in iuuenium animarum hortum de facili transiliat , ac deua- stet , quos pietatis fructus emiserint . Quas in-

<sup>9</sup>  
tria præcipua capita partiemur , in quibus to- tius regularis disciplinæ summa consistit , & ver- ticitur cardo ; in devotionem scilicet , obedien- tiā , & modestiam , quæ religiosum iuuenem apprime decent , ne ab illo scopo longè aber- ret , in quem addictus statuit collimare .

## CAP. I. DE DEVOTIONE.

**S**apienter admodum , & Apostolicis effa- tis , & assertionibus Sanctorum Patrum statutum est , vt in hoc spirituali ædificio devotionis imprimis solida fundamenta iacian- tur , quo reliqua regularis disciplinæ firmior , ac stabilior in sublime structura consurgat . Nihil enim benè putatur incæptum , quod à vera ani- mi pietate non exordimur ; & quæ cunque spiri- tualis moles erigitur , facile labefactatur , & la- bat , ni devotionis fundamento fulciatur . Cu- randum igitur summopere non solum nouitij , sed etiam ijs , qui iam in nostra instituta iurarint ( utroq; enim alloquimur in toto hoc libello , quorum gratia institutus est ) , vt amoris omni- bus ijs , quæ aditum huic præstantissimæ virtuti præcludere possunt , devotionem acquirant , quæ nihil aliud est , quam illa promptitudo ani- mi , qua strenuè , & diligentet sanctis ætibus inhæremus , pinguedinem videlicet animæ , spi- ritus adipem , tutamentum Religionis : sine qua denolant bona cogitationes : honesta deside- ria languescunt ; inanes sermones male custo- dito

dito excidunt ori; delaflant primo statim nisi  
virtutum actiones, aut eas noxiis tempor, & tri-  
stitia languor inficiunt. Adquirent autem, si  
domitis omnino passionibus animi, & conuul-  
sis radicibus priorum sensuum dumis, qui  
deuotionis fementem suffocant, mentem ad  
vera religiosæ pietatis semina excipienda præ-  
parabunt. Quod, quò difficilius, eò etiam a-  
crius admittendum, ut virtutum prima noxiosissi-  
ma impedimenta tollantur. Arduum quidem  
est, hostes domi natos intestino, clandestino  
bello ad internacionem animæ usque depugnan-  
tes domo exterminare, ex arce depellere, qua  
diutina possessione potiti sunt, dum adhuc se-  
culo mererent adolescentes, & è seculi luxu in  
religiosæ usque distinctionis scholam traducere;  
sed facile parient de profligato hoste victori-  
am, & domi pacatè soli domino cōquiescent,  
si se non suos esse, sed Christi meminerint; si,  
vel cum ira effusat ad rabiem, vel odium irritat  
ad vindictam, vel voluptas titillat ad obles-  
cationem, vel ad aliqua minus licita desideria  
cupiditas trahit; effervescentes statim impetus  
animi, motus illos noxios, antequam perur-  
geant potentiores, compescunt; & parvulos  
Babilonis allident ad petram: si denique ex ani-  
mo totos moderandos, regendos praceptorii  
se dendent. Hoc acto, non dubitent, quin citò  
virtutem deuotionis acquirant. Quæ quo ma-  
iores in adolescentum nostrorum pectoribus a-  
moris faces exsusciteret; hic aliqua ipsius com-  
moda, præter ea communia, quæ quotidiè nos-

tris ipsis oculis intuemur, & fructus vberiores  
attexam.

In primis eā Ambrosius ordine primā virtutū  
& fundamentum ceterarum vocavit, quam no-  
bis libet petēnem fontem omnium spiritualium  
bonorum nominare: cum quidquid boni reli-  
giosus animus possidet, ex illa proficiscatur.  
Interiori pace religiosum donat, qua illi mun-  
dana sordescunt, humanae conticescunt curæ,  
nec ullæ vanæ sollicitudines peccatus decoquunt;  
testante Gregorio; si nos virtus denotionis in  
intimis afficit, omnis strepitus prauæ sugestio-  
nis obtutescit. Efficit quippe totum hominem  
expeditum, & alacrem, ut & animo, & corpo-  
re actus pios exerceat; nullus labor, anxietas  
nulla, infestatio nulla est, quam non illa volun-  
tatis alacritas, seu promptitudo depellat. Quam  
qui habet, etiā si rudis, & nullius literaturæ, cla-  
rius tamē Dei oculis, & hominum enitet, quam  
qui vento doctrinæ distentus tantummodo, so-  
lam habet, quam vendit sapientiam, non quas  
vera pietatis, ac deuotionis exerat faces. Me-  
lius est enim inquit Bernardus deuotum in mi-  
noribus, quam indeuotum in maioribus profe-  
ssionibus inuenire. Emicat per se deuotio nul-  
lo auxilio doctrinæ, & adeo emicat, ut ipsius  
fulgor nullis velaminibus, aut inuolucris possit  
obuelati, quin appareat. & clarissimè aspectui  
omnium illuceat. Deuotio namque, auctore  
Cassiano, est feruor bona voluntatis, quem  
mens cohibere non valens certis manifestat in-  
dicij, sed illum suauissimum deuotionis fruc-  
tum

tum omnium plurimi æstimo: quod bonorum operum auditatem generet; & præter Deum, omnia fastidiat. Quare elaborent enixè, desudent adolescentes in hac adipiscenda virtute, & quam sciunt cæterarum basim, & fundamentum, in spirituali ædificio, primam ponant; sic enim fiet, ut quæ deinceps superobrueatur spiritualis domus, nullos casus extimescat: Sed iam ad ea, quæ deuotionem gignunt, ac alunt accedamus.

## II. DE DIVINO OFFICIO.

**E**orum omnium, quæ rudibus adhuc coælestium rerum adolescentum ingenijs pie-tatem erga Deum, & deuotionem inse-runt, vel insitam amplificant, & alunt, princi-pem arbitror, ac potissimum accuraram, diligenter, deuotam diuini officij recitationem. In ea enim Dei omnipotentia, bonitas, misericordia, beneficia erga genus humanum per-spicuè conspicuntur, ex quo quædam diuini amoris scintillæ in mentibus accenduntur, quæ inuicem deuotionis excitant ignes. Insuper Angelorum officium usurpamus in terris, quo non terreno principi, sed coælesti Regi, sed omnium rerum molitori, ac Imperatori summò ob-sèquimur: quod Angelicum munus, ut deuotè diligenter, & accurate obeant nostri Adolescentes hæc monita subiecimus.

In cubiculo quod intercurrit officium per se quisque

quisque preparabit: & mentem ante initium officij pia aliqua oratione, vel meditatione re-colliget; cogitationum omnium vanarum tu-multus abiger; & eleuata ad Deum mente, gra-tiarum pensum horarum rite persoluendum po-stulabit, & ad quam attentissimè recitandum: quo eueniet, ut illum stuporem, ac desidiam, qua molestissimè afflstantur, vecordes, ac fri-gidi religiosi, deuident. Ideo enim, inquit Bonauentura, tam desides, & tepidi sumus in diuino officio, quia ante non sumus in aliqua deuotione excitati, & ira, sicut intrauimus frigi-di, eximus corde dissoluti.

Dato campanæ signo chorum adeundi, pri-mum in aliquem locum conuenient, ex quo bini, seruato ordine antiquioris professionis modeсти, silentes, compositi ad Ecclesiam absce-dent, præceptore prius modico corporis flexu salutato. Chorum ingredientes, asperfa sibi si-gno crucis aqua benedicta, genuflectent, & si sunt in Altari accendendæ candelæ, id effi-cient, qui illa hebdomada officium moder-buntur: bini autem singulis hebdomadis in orbem regent & inchoatuero ad nutum superio-ris officium hebdomadario, qui semper erit Sa-cerdos, Clericus, ad quem tunc Phonasci, seu intonandi munus spectabit, in medio choro co-sistens inuitatorium, elata, clara, distincta vo-ce recitabit, si quis autem tardius ad Chorum vene-rit, præceptorи causam tarditatis patefaciet, si id ex desidia acciderit, illum magister acribus verbis accipiet, præcipue si id laetus face-

facere assueuerit. Ceteris patribus sedentibus, si qui erunt Sacerdotes nouitij, simul sedeant, caputque tegant; sed Clerici recti stent, donec a superiore, aut pro illo a Magistro sedendi licentiam acceperint, capite adaperto tamen, praterquam in hyeme, nam tunc licebit pileo. lo caput tegere. Curabunt etiam omnes, ut consona voce decantent: nec vno spiritu coniunctor versiculos psalmorum absoluunt, sed ad duo puncta, suspensa ad momentum temporis voce, respirabunt; nec altera pars chori, nec dum finito alterius versiculo, suum incipiet subsequenter. Optimum etiam erit ad euagationem mentis prohibendam, si non memoriter officium, sed legendō pronunciabunt. Errores terram deosculando genuflexi Clerici diluent, Sacerdotes vero manū, ipsa prius tacta terra. Quod si adeò recordes fuerint, ut pluries errauerint, errorum culpam in medio genuflexi superiori fatebuntur, vel in triclinio ad præceptoris arbitrium.

In fine cuiuilibet psalmi ad Gloria Patri, & Hymnorū &c. modica, & graui capitū inclinatione, Indiuiduam, & Sanctissimam Trinitatem venerabuntur; ad nomina itidem Iesu, & Mariæ capite flexo paululum nostræ salutis aurem, & piissimam parentem adorabunt. In Inuitorio ad, Venite adoremus, & ad, Te ergo quæsumus, ad Te Deum laudamus, terra tenus genuflexant. sed ad, Iube domne beneficere, non ita profundè, sed palmum a terra altius, ut in vsu, & more positum viderint. In

om-

omnibus autem circa officium efficiet Magister ut demissis oculis modestiam, pietatem, ac devotionem præfeterant.

Non digredientur è choro, nisi dato signo a superiore; quo accepto, deosculati prius simul omnes terram, eodem, quo venerant ordine, silentio, & modestia discedent.

Et quia sàpè euenit, vt Clerici ingrediantur, & egrediantur è Choro ad exercenda ecclesiastica ministeria, in ingressu chori Sanctissimo Sacramento prius facta genuflexione profunda, superiori etiam paulum genuflexent, & suum quisque locum audeat: è contra vero in discessu primū a superiore modica genuflexione egrediendi petita venia, deinde Sanctissimo Sacramento ad terram usque submisso genu, ad sua munera abeant obeunda. Si vero non publica, sed propria causa è choro proficisci contigerit, præceptor causam discessus aperiāt, & obtenta licentia, Superiori dumtaxat, si aderit, eodem, quem præscriptissimus modo, genuflexant, profundius autem Admodum Reuerendo Patri Generali.

## III

## DE ORATIONE.

**V**ocali quidem oratione, de qua hacenus nostris nouitijs præcepimus, Angelicis choris suum officium præripimus, & beatarum mentium munera exercere, gestimus; sed mentali naturam quodammodo diuinam induimus, & in eandem, ut ait Apostolus, ima-

imaginem transformamur. Ea enim veluti internuntia Deum intimus alloquimur, ipsius, & cœlestium rerum amore magis succendimur, emollimur interius, tanti boni meditatione, & ab omnibus rebus humanis auulsi supra nos ipsos, & omnia creata offerimur.

Ea anima nostra immortales petit amplexus, dat suavia diuinis labris, & mutuo sibi redditam deuorat oscula, epulatur in illo aeterno conuiuio; in illo dulcissimo summi parentis pectori conquiescit. An non igitur tempus illud orandi, quo tantis bonis mens nostra completur Christiano audiissime exspectandū? an non audiūs religioso cœlestem in terris vitam profidentiōne exclamandum, o felix hora, o breuis mora omni melle dulcior, omni cibo, ac potu suauior, qua efficimur diuinæ naturæ paticipes? Sed nostri instituti non est, hoc præstantissimum religiosorum operum laudare; cum eorum mentes etiam, & corda, qua tanta dulcedine diffluant, & tam pleno voluptatis torrente inebriantur, haurire sciant sapidissimos latices, loqui nesciant. Hortabitur tantummodo Nouitiorū Magistrum, vt omnem det operam, quo Orationi virtutum omnium moralium nobilissimæ quam addictissimi sint, quos regit Adolescentes; non solum, vt devotionem angeant, quæ mirè crescit hac in Deum mentis eleuatione, sed etiam vt illos minus suscepit pigeat instituti, cum viderint humanas delicias, ad illas cœlestes, omnino fatuas esse, ac veluti putidas expuendas.

Curabit igitur, vt Nouitius statim suscepito nocte Religionis habitu (nisi aliqua ex causa esset hoc in aliud tempus reiiciendum) in cubiculo tres hebdomadas spiritualibus exercitijs rotum se abdat, hoc tamen ordine, vt prima, è cubiculo non egrediatur, aut saltem aliorum vitet aspectum: sed ibi in sancto recessu mente usqueaque per seculi invia vagantem Creatori summo recolligat. Secunda, ad Ecclesiæ ministeria admittat: tertia, etiam alijs domesticis exercitijs; sed tamen tres illas hebdomadas integras neminem, præter præceptorem aliquat. Quo tempore illum Magister inuisit, soletur, fortis, ac alacris animo iubeat esse, vt impavidus Christi castra sequatur, aliquando cum vitijs, cum passionibus auimi, cum seculo, cum dæmone certamen fortissimum initurus; arma quæ ad huiusmodi pugnam idonea, sunt, meditationum volumina Nouitio suppeditet. Quod si maturiori aetate foret Nouitius, illi sanctum Bernardum de domo interiori, Dionysium de quatuor nouissimis, aut id genus alios libros, prout illi videbitur, tradat. Vtrique vero omnis alieni à rebus cœlestibus studij causam adimat. Sciscitur à Nouitio quæ nam illum toto illo tempore dæmonis tentationes inuaserint, qui vanarum cogitationum tumultus turbarint, quæ seculi species fuerint mentis oculis obuerfatæ: ipseq; Nouitius, ad aliquem actum humiliatis exercendum, præceptoris omnia genuflexus fidenter aperiat.

Quatuor horas prima hebdomada singulis  
B diebus,

diebus , aut saltem tres per interualla mentali orationi vacabit humi prostratus , vel si id infirma corporis constitutio non patitur , aut imbecillæ vires non sufficiunt , stans oret , aut sedes ad exiguum temporis spatium , In omnibus autem Magister discreto , prudenti animo sit , ne impatia Nouitij viribus onera imponat , sed cuiusquæ constitutionem , fortitudinem , imbecilitatem diligenter timetur . Secunda hebdomada , tres horas tantum , tertia , duas per singulos dies ad mentalem orationem incumbat . Cū verò Nouitius debeat per id temporis anteaetæ vitæ peccata omnia confiteri , & cōscientiæ maculas abluere , rationem illum docebit Magister examinandæ conscientiæ , & excutiendi rectè animæ interiora , libellosq; ad idipsum facientes , & erudientes portiget . Suadebitq; , vt vigilanter caueat , ne culparum etiam leuium illū quidam despectus obrepatur , qui sensum doloris imminuat , si enim leuissimas quoque culpas nō horreat , numquam proficiet . Sed vel ipsius præceptoris pedibus prouolutus , vel alterius confessarij notæ prudentiæ , ac experientiæ ad Nouitij voluntatem , ( vt effundat fidentius cor suū coram domino .) peccata omnia , præteritas culpas , inquinamenta seculi , & superioris temporis vel minima ; dolore quam poterit maximo , detestetur . Finitis spiritualibus exercitijs in tri clinio , cæteris ad mensam accumbentibus , pœnam aliquam , aut mortificationem genuflexus à superiore postulabit , pro ijs negligētijs , quas forte in præteritis exercitijs admiserit : ex quibus ,

bus , quos fructus acceperit , quos fecerit progressus , facile coniçjet Magister ex ipsius silentio , modestia , ex grato in cubiculum recessu . Liberius deinde cum alijs Nouitijs versabitur , & omnia vna cum illis domestica munia obibit , vt mores familie , cum qua viuit , ediscat . Et si quotidie per horam est nostris patribus orationi mentali vacandum , vt in maioribus constitutionibus sanctum est ; attamen quia non exercita virtus solet languescere , ne refrigerat ille spiritualis feroor , quo tribus illis exercitorum hebdomadis nouitij nostri incaluerunt , quotannis hebdomadam debent eligere , ad quod foret deperditum reparandum .

Mirum enim est , quantum mens nostra lente scat , & retro ad deteriora labatur , nisi ad cœlum continuo nisu impellatur . Ideo rerum spiritualium Præfector curabit , vt in singulos annos à Kalendis Octobris , vsque ad Domini nostri natale Nouitij nostri vnam vicissim hebdomadā huiusmodi spiritualibus exercitijs impendant : quo tempore silentium seruent , & si expedire videbitur , omnium consuetudine abstineat , sed in cubiculo cōmorentur , tātū Chori officijs intersint , videantq; , vt ex tanta commoditate , qua reliquis curis vacui soli Deo famulatur , Religious induitv , vberiores fructus accipient , & adipe spiritus impinguntur . Totius etiam anni præteriti errata , ac culpas vniuersas facta generali confessione detergant ; quod , quò libentius faciant , & liberius crimina fateantur , ex patribus domus au-

diendis nostrorum confessionibus destinatis, eligant, quem velint, cui ea in pœnitentia detur facultas, quæ ad salutem animæ, qua nihil carius, & antiquius, opus esse videbitur; sic corrigentur, emendabuntur errores, defectus in quos Nouitij totum annum lapsi fuerint negligentia, ac desidia. Tunc poterunt arctiori vinculo se se Deo instauratis denuo Religionis votis obstringere, vti nostra instituta adhortantur. Horum exercitiorum fructus conspicetur, si se melius exterius composuerint, & in suis actionibus fuerint cautores.

Per reliquum anni tempus horā singulis diebus mentali orationi nostri operam dabunt, quæ ob alia domestica impedimenta, ita dividetur, vt mane medium post statim absolutam primam meditationi impendaat, alteram medium ante cœnam, vel post, pro temporum varietate, prælectis duobus, aut tribus meditationum punctis: accedant autem omnes parati: quod idcirco interdiu libellum aliquem devotionem excitantem in cubiculo legant: Nouitijs, qui non desudabunt in studijs, illi orationis horæ, alterum insuper dimidum addetur, si libet præceptor, quò, si non in litteris, saltem in rerum spiritualium studio proficiant, & tantæ rei amore incendantur, si quem iuauerit longius orandi tempus insumere, tam pij optati assequendi non illi cōmoditas deerit. Illud diui Augustini Nouitorum mente nō excidat, sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquijs, & orationibus interior ho-

mo nutritur, & pascitur. Ita se in orando aptabunt, vt si fieri possit sciamno nō innitantur, nec itidem in excreādo strepitum edant, ne aliorum orationem perturbent, immo si qua reumatist copia alicui ex pectore, vel capite flueret, is solus in cubiculo meditabitur. Aptior erit, & commodior ad me editandum locus paullum tenebriscosus, ne vlla vana species oculos obserret, & ad aliquod creatum cogitandum alliciat; sed terrenarum in mente strepitu silente curatum, soli anima creatori suo vacet: clauduntur enim corporei oculi, vt mentis laetus reserentur, & obtutu firmiori, & auctiori & nostris sensibus alienissima intueanrur.

## IV.

## DE M I S S A.

**C**LERICI nostri semel saltem in die Sacerdoti celebranti ministrabunt, nisi legitima causa fuerint impediti, cuius, si qua extiterit, præcepto rem admonebunt, qui ad quæcunque impedimenta tollenda, quomodo sacrum ab omnibus audiatur, curabit, vt omnes simul sanctissimo sacrificio intersint, ipso, vel alio pro illo presente, vt modestè, sanctè, deuotè se gerant.

Similem omnino sacro seruēdi omnes rationem edificant, vt in omnibus quidam communitatis zelus eniteat. Modum autem, & methodum Sacerdoti ministrandi hic præscribemus, quo illum omnes intelligent, & obseruent. Qui ab æditu vocatus erit, si ipsius in-

ter sit, primum suum Magistrum adeat, à quo accepta benedictione sacrarum petat, ibique tādiu silens, modestus, moretur, donec Sacerdos ad se sacris vestibus induendum accederet: vel alicui pia lectioni, vel orationi genuflexus illud tempus impertiet. Cum venerit sacerdos, illi porrigit paramenta, & ita diligenter in duenti deseruieret, demissis oculis, nullos sermones serens, ut illud solū spectet, quō sacerdos in Ecclesiam prodeat decenter ornatus, benē concinnus, politē compositus; Ab egrediente sacerdote ad altare genuflexens benedictionem petet, vel ad ianuam aspergetur ab ipso aqua benedicta. Numquam omnino in Ecclesia oculos curiosè circumferat, nec tantillū attollat, etiā si strepitus aliquis, aut rumor exaudiretur, sed dumtaxat suum munus sedulō, & diligenter exerceat. In vreolis porrigidis eandem omnes rationem seruabunt, graui incessu, fixis in terram oculis, omni penitus affectatione, aut minus decoro motu corporis alegato. Respondeant omnes clara voce, distincta, non absonta, non fracta, nec stridenti: nec extrema verba sacerdotis excipiant, sed finitis respondeant. Cū de cornu ad cornū Altaris est ministerij gratia progrediendum, ad medium altaris profundē genua flectant, si ibi fuerit Sanctissimum Sacramentum, vel fuerit hostia iam consecrata ad alia altaria caput graui quodam modo, exiguo corporis flexu solum inclinent. Ad sanctū, ad elevationem hostiæ, & calicis, tertinīnabulum pulsabunt, non celeritinnitu, & nimium

mium sonoro, sed quō ad devotionem fideliū mentes exercefaciat, non alterationem perturbet; terram osculabuntur etiam, & quando in Credo illud pronuntiatur (& homo factus est) Nunquam stantes sacerdoti respondeant: minus ad (fuscipliat Dominus) sed semper genuflexi, præcipue cum benedictionem à sacerdote in fine Missæ suscipiant. Si contigerit seculares sacrā synaxim recipere mantile portigant, & cyathum, ita ut non manum accipientis attingant; cereum verò non extinguant, nisi facta communione. Illud autem in primis cauendum erit nostris clericis, ne cuiuspiam curiosè vultum aspiciant, sed connuentibus oculis, tum domi, tum in Ecclesia suo semper munere fungantur, ut illa deuotio, quæ forsitan interius delitescit, foras etiam se prodat. Reresso in sacrarium sacerdoti auxilientur ad cœxendum, & dum ultimo recipiunt amiculum, etiam genuflexi à sacerdote benedictionem accipiāt, præter illam, quam in ipso ingressu sacrarij acceperint deinde in suum cubiculū redeāt. velquod esset ipsis mandatum munus efficiant. Si Sacerdotes Nouitij fuerint vocati ad celebrandum, tam digredientes, quam regredientes à Magistro petant benedictionem, & in omnibus colloquia cum secularibus, aut professis effugiant; ne spiritus calor quibusunque sermonibus euangeliscat, notū enim est quantum defereat charitatis zetus intempestiuis eloquijs.

24  
DE SACRAMENTORVM  
frequentia.

**E**T si cuicunque Christiano æternam illam felicitatem suspiranti illud propositum esse debet omnino, ut ijs rebus frequenter utatur, quarum ope tanti voti compos fieri possit: Religioso tamen sunt sapientia et frequentanda sacramenta, quorum auxilio, non solum se a dæmonis tutatur insidijs, & contra nequitias tela se protegit, sed etiam se omnibus cœlestibus bonis infarcit; Augustissimum scilicet Sanctæ Eucharistiae Sacramentum, quo, veluti quadam nexu, & compage summo Creatori ad glutinatur, & in diuinam commigrat naturam. Nam, cum panis ille suauissimus, sit panis viuus, non, ut aliae escæ in nostrum succum transit, & sanguinem, sed nos in seipsum conuertit, & mutat; deosque penè facit. Quo affectu igitur, qua cor-dispitate, qua reverentia, & pietate Religioso ad Sanctissimum Sacramentum ferri necesse est: quo efficiuntur diuinæ confortes naturæ & delicijs illis cœlestibus viuëtes maturius fruimur, quæ deuoto, ac pio Religioso destinantur in celis suo iam fato defuncto? sed hæc viderint Nouitij nostri in libellis, qui ad aquen-dâ istius diuini cibi appetentiam leguntur. Hor tabimur eos tantum, ut qui summi regis aulici futuri sunt, & in ipsius regia ipsis degendum viciniori famulatu; ut quam mundissimi ad hoc sacramentum accedant: Mundabuntur autem,

si prius

25

Si prius peccatorum sordibus penitentia sacramenti aquis ablutis, crimina omnia, & maculas etiam leuisimas expiabunt.

Idecirco, præter suum magistrum, cui Nouitij poterunt, si collibuerit, sua peccata confiteri, alium etiam ex Confessarijs Collegij habeant à superiore ad hoc ipsum deputatum, quo liberius possint animæ ulceræ, pustulas peccatorum confitendo detegere. Sed antequam adeant Confessarium optimè conscientiam excutiant, diligètissimo examine anime interiora scrutetur, per tria communia cogitationum, verborum, operum capita, ac omissionum. Quod, quo frequentius fiet, eò postea accuratius, & melius; tunc vero enitantur recolendo peccata ex intimo sensu maximos doloris actus elicere, & firmissimum propositum de cætero ab omnibus abstinenti, quæ vel leuissime Deum offendant.

Confiteantur autem Clerici nostri saltem singulis dominicis, & diebus festis, qui ab Ecclesia celebrantur, vel Civitate, & Loco in quibus degent: præter eos dies, qui ex instituto nostro sunt Congregationi solemnes, scilicet sextas ferias mensis Martij Quadragesimæ. Adventus, & quattuor anni tempora. Si qui vero erit, qui tales in via domini progressus fecerit, ut sapientia possit sanctissimam communionem frequentare; ad aliorum exemplum, & incitamentum Magister finat illum ad sacramentum accedere; quamquam in omnibus horramur, ut communis ratio, & ordo seruetur.

Vita-

Vitabunt autem in confessione, scrupulos ingerere, eadē sapienter iterando, & ne quicquam Confessario fastidium parere, quibus Magister, seu Confessarius ea adhibeant medicamenta, quæ sanādis, & tollēdis scrupulis opportuna videntur: Nemo suas tentationes, aut iniūias pro peccatis pœnas alteri manifestet, nec de hujusmodi rebus inter se loquantur: Bini ad confiteudum abibunt, ea modestia, & silentio, quod tantæ conuenit rei.

Facta omnium confessione, cum dabitur cappula signum, omnes bini ad chorūm procedent, silentio quam maximo, & deuotione, & finita Missa, quam celebrabit superior, aut Magister, omnes simul iunctis manibus, demissis oculis, superpelliceo induiti singuli ante Altare progredientur, ibique quam deuotissimè sacrosanctum Christi Corpus sument. Si quis forte defuerit, sine licentia, (quæ vel à superiori, vel à Magistro danda erit, vel etiam à confessario) aliqua pœna multetur, & acriter arguatur: sed efficiat Magister, ut omnes simul diuinæ mensæ accumbant, supposito linteamine, cuius duo clerici hincinde extrema sustineant. Finita communione in chorūm abscedent, ibiq; quartam horæ partem gratijs agendis impertient, deinde in sua cubicula regrediantur, subsequeente eos præceptore, ut maiori modestia, & silentio procedant: in quibus tam diu libris spiritualibus legendis, aut orando morabuntur, donec ad recitandas horas campana vocentur, nee vlli Magister concedat

cedat sermocinari, nisi de rebus necessarijs, & breui admodum tempore; si qui ad sacro seruendum accesserint ab ædituo, prius adeant præceptorem ut ab illo benedictionem accipiant, ut supra diximus.

## DE OBEDIENTIA.

**H**anc Religionis nutricem, fidam custodem, & totius regularis disciplinæ magistrā ita colere debent Nouitij nostri, illi suam omnino voluntatem devoteant, & ab ipsis guru dependeant, cum cultores suos mirifice illustret, & rebus humanis efficiat aliores: hac enim ipsi Deo magis placeamus, quam reliquis virtutibus moralibus; cum ijs, qui pro Deo præsident perinde ac ipsis Dei vocibus pareamus, atque à diuina bonitate ob vnam hanc virtutem multa cœlestia munera mereamur, quæ reliquis non ita facile assequeremur. Ex hac conscientiæ securitas, tranquillitas animi; pax cordis, honestas vita, & omnia religiosi viri ornamēta prefiscuntur. Hæc cæteras virtutes simul cōexas perpetuo vinculo in religiosum animum ingerit, & æternō fœdere custodit, & seruat. Hæc nequit falli, aut seduci in grauissima salutis causa; cum à Deo regatur, & quasi manu ducetur.

Quare tam excellentis virtutis studiosissimi sint Clerici nostri, ac libeti animo amplectatur; cum hac solum parta, reliqua omnes veluti spō-

te ipsa sequantur. erunt itaque ita ad obediē-  
dum alacres , & strenui , vt quocunque alio  
priuato opere post habitu, citò primis iussibus  
superioris , aut præceptotis currant : & ad  
alia domestica exercitia , seu actiones , ad quas  
tintinabuli sonus accersit . Neque superiorum  
mandata fugillent , carpant , aut censoria nota  
præstringant ; cuius errati depræhensi , pœnas  
luant , ac acerbè corrigantur ; cum syncerissimo  
intuitu sint quæcunque superiorum , veluti ipius  
Dei præcepta conspicienda . Seuerè autem ani-  
maduertatur in eum , qui obstinato animo im-  
peria detrectauerit , & omnino , nulla interiecta  
mora inobedientiæ radices Magister euellat .  
Qui proptera Nouitios primæ probationis quo-  
tidie congregabit , vt eos obedientiæ faciat  
assuetos , & videat experiendo quantum in hac  
virtute profecerint ; cum illis de rebus spiritua-  
libus agat , percunctetur , quid didicerint san-  
ctorum librorum lectione ; quos fructus fece-  
rint , quæ dubia in mentem venerint , sed ante  
hæc omnia ad res spirituales seriò tractandas  
aditum faciat lectio Thomæ de Kempis de imi-  
tatione Christi , Gersonis , Lucae Pinelli , aut  
id genus libroru, ut his auctoribus præeuntibus ,  
in rerum cœlestium cognitionem ducantur .  
In fine congregationis præceptor piam ali-  
quam , & ardenterhortationem subneget ,  
qua eos ad fortiter perseuerandum , & asse-  
quendas virtutes inflammet .

Semel saltem qualibet Hebdomada curet ut  
Nouitij , ab ultimo exordiendo coram seipso

ex-

exteriorum culparum genuflexi veniam petat ;  
& vnumquemque propriorum , ac peculiarium  
errorum admoneat ; in eos præsertim acriter  
inuehat , in quos sæpius ipsos corruere co-  
gnouerit ; & in sua crimina quocunque modo  
excusantes . Hoc humilitatis studio eos fre-  
quenter exerceat , vt spiritus paulatim in men-  
tes Adolescentum se insinuet . Nec ipsi su-  
perinfusos cœlestium doctrinarum rores ref-  
puant , sed auido ore imbibant , & se Christi  
discipulos , esse cognoscant ; in quo mirificè ,  
vsque ad mortem clarissima obedientiæ virtus  
enituit . Quare etiam , quæ fuerint pro ipsorum  
culpis iniunctæ pœnitentiæ , libentissimo , ac  
hilari animo patiantur , & expient errores , quos  
detestati sunt , eo modo , qui magis præceptoris  
placuerit , & etiam si nulli extarent , & tamen  
arguerentur , nullorum à se culpam reijciant  
sed humiliter se eorum accusent , ac si eos ad-  
misserint ; sed caueat Magister , ne iniuriosis ni-  
mium acerbis in reprehendendo verbis vtatur ,  
ne eos à religioso suscepto instituto deterreat ,  
sed suavi , miti , placida suasione ad virtutes  
inuitet .

Curabunt omnes Nouitij vti præceptoris suo  
quæ maxime fidant . quia teste Beato Lauren-  
tio Iustiniano , via spiritus , sine duce , senticosa  
est , ac plena periculis . Nemo , inquit ille , indo-  
ctus conuincere se ipsum credit errore , nullus  
ad pugnam inermis pergere , nec quisquam lo-  
lus præsumat bellum obtinere victoriam . Quare  
duce opus est , qui cordis intima noscat ( ne quis  
dolus

dolus diaboli delitescat) quem reverantur Novitij, ac mirifice colant: si enim, quem subsequi debent praeuentem ducem, parvi facient, non mediocris spiritualis ruina illis impendebit: decipitur facilime, addit idem diuus, atque spirituali ruinæ efficitur proximus, quisquis sui ducis laudabili extimatione priuatur. Quamobrem Nouitij vt erga Magistrum venerationem, & confidentiam alat, illum saepius adibunt, vt illum de suis rebus, cogitationibus secretis, informent, & quidquid cor, aut vexat, aut exhilarat, & versatur in mente, scrupulos, vagationes cordis, dæmonis impetus, cum magistro, veluti cum fideli, ac tacito amico communicent; sic enim fiet, vt detecti morbi sanentur, qui alioquin occulti necem animæ maturarent, & dæmon latro furti compertus effugiat.

Vt vero liberius, & fidentius sui animi arcana, ac secreta retegant præceptor, ne quod animarum saluti impedimentum afferant, ipse se vel sigillo naturæ, vel confessionis obligabit, ea sibi credita quam profandissimo silentio sepelire; Namque plus nimio eorum salutis interest, medicum spiritualèm abditos intra viscera vitiorum, & prauarum inclinationum morbos, & affectus noxios cognoscere; vt ijs sanandis opportuna applicet medicamenta. Quod si tam salutare omnium malorum remedium quis frigidus Nouitius repelleret, auersaretur, vel palâ vellicaret indignabundus; huiusmodi præceptor Nouitium veluti alienæ pacis turbatorem puniat, ea ratione, vt sui ipsum erroris pœnitentia, non

non augear indignationem; in quo magna prudenter, dexteritate, opus est, vt quæ difficultia sunt, & maximè displicant, quale est sua arcaña, ex intimo corde refodere, fiant suauia, & vel tro appettantur.

Hac occasione poterit Magister secretas mortificationes præcipere, quas nemo faciendas suscipiet præceptoris iniussu, vt humilitatis, & obedientiæ meritum consequatur.

Ceremonias, etiam, quæ in nostris Ecclesijs seruari solent, ediscent, Clerici nostri, vt rectè ijs muneribus defungi possint, quæ ipsis à superioribus madabuntur. Ideo debebit esse patrum aliquis, qui eos ceremonijs instituat, & monodiz cantu, quem firmum vocant. Quibus in rebus summopere optamus; ita se gerere, vt nihil addi possit, vel reprehendi, eadem ab omnibus seruata ratione, ordine, methodo ministrandi, vt quoddam decus, & nitor exterius appareat, qui secularium mentes excitet ad pietatem, & devotionem. Itaque vt diligentius in id incubant, nec frustra, sermonibus habendi tempus terant Nouitij, dum cantu, & ceremonijs erudiuntur, Magister, semper aderit, itidē, cum missis solemnibus ministraturi sunt, efficiat magister, vt crepidas, non calceos aptent ad pedes: habent enim ad Altare calcei nescio quid subrustici, & agrestis, & crepidæ grauitatis, & decoris.

Si pueri forent in nostris Ecclesijs doctrina Christiana instituendi, Clerici nostri qui interfuturi essent ad superioris arbitrium, id p̄ijssum

mum munus obeant maxima cum charitate, diligētia, modestia, nullo verborum strepitu, aut stridulo clamore caput recte bireto librum Christianæ Doctrinæ in manu gestantes.

Quia cupimus, præter hæc pia exercitia, nostros Adolescentes studijs litterarum operam dare, & iopolitioribus disciplinis imbui, elapsi nouitiatu anno, illis se totos addicent, & serius desudent in litteris, sub eo præceptore, quem illis instituendis superiores adscribent, non neglegētis tamē spiritualibus exercitijs, quæ cum suscepso habitu perdurabunt, ne litterarum studia pietatem animis, ac devotionem immiuāt. Itaq; in duo ista exercitationū genera sic tempus partetur Magister, vt exculto etiā spiritu, & devotione nutrita, in studijs toti sunt, & sedulō elaborent ut iij viri euadant, qui & Religioni; & sibi possint splendorem, & decus afferre, & Congregationi cum necelitas postularit inseruire.

Si qui Nouitius esset, qui primo probationis anno, aptus esset ad severiora, & altiora litterarum studia, minimè id sinat superior, ne ea quæ ad spiritum spectant prætermittantur, & pietas negligatur, vt vñu lāpe compertum est; quare sufficiet tantum, de ipsius doctrina, scientia, ingenio, periculum fecisse: cæterum nemo Nouitius etiam si optimæ ad litteras indolis, & illustrium animi dotium, ac insignis nobilitatis, sine speciali licentia Admodum R. P. Generalis vel studijs, vel professorum exercitationibus admittatur, ne quo tempore ad arctiorem viuendi

viuendi rationē dirigendus est ad laxiorem illi frena laxentur, & dum priuilegijs professorum studendo gaudet, spiritus, quod caput est, elanguescat nec eos fructus ferat, qui à litteris cum spiritu, & animi pietate connexis expectantur.

## VII. D E S I L E N T I O.

**T**Anti semper seruandi silentij studiū, ac diligētiā duxerunt Patres, qui de perfecione religiosa præcepta tradiderunt, vt scriptū etiā reliquerint solū sufficere ad regulē disciplinā collapsam restituendam, & vbi viguerit, seruorem etiam spiritus, & devotionem nūquā posse frigescere. Et quidē incundū visus est, & delectabile in religiosorum claustris, quæ tam multiplex, & varia, incolit multitudo, omnes ita in sua munera intentos, vel in cubiculis cœlestium rerum contemplationi vacare, vel legendis, vel scribendis libris, vt nulli strepitus, exaudiatur, sed omnia ita fileant, ac si vacua habitatoribus essent conclaui: quod probatos viros, qui sacras religiosorum ædes ingrediuntur, quædam obiecta protinus sanctitatis species adeò detinet admirabundos, vt ex uno illo silentio optimam opinionem concipient, cæterasq; virtutes ibi vigere arbitrentur. Studebunt igitur Nouitij nostri, & adolescentes, vt quām tenacissimè silentium obseruent, reprimendoquæ sermone se exerceant; decet enim quām maximè iuuentutem linguæ moderatio, verecundi scilicet & honesti animi non obscu-

C rum

rum argumentum ; iuuentutis vero speciosissimum decus Diuo Bernardo teste, silentium nimurum maximus est actus verecundia : præterquam quod etiam linguae licentia procacem hominem arguit, silentium vero prudentem, & religiosum, vt asserit Apostolus, si quis putat se religiosum esse, non refranans linguam suam, huius vana est religio . Quamobrem ut clericis nostris hac in re consulamus, huiusmodi documenta subiçimus .

Primum nō elata voce recreationis horis inter se colloquentur , sed leni , submissa , & modesta , & inter iocandum nullum immoderatum strepitum edant, non altercentur , aur plus nimio clamorem attollant . Quod si aliqui erunt suaptè natura nimium vocales, aut clamosi, magistri partes erunt eos , quoties errauerint , reprehendere , & rixarum principia protinus remouere acri obiurgatione ; auertetque à Nouitijs diligentissimè clamosos quoſcunque strepitus , qui glacente ira proficiſci possint, quæ modestum, ac deuotum religiosum planè dedecet.

Tempus , quo nostris Clericis silentium servandum volumus , erit à signo eundi cubitum usquè ad mane ; post finitam , recitato officio , orationem , quo tempore adeò seuerè silentum sibi esse ſciant, vt nemini liceat niſi virgenti de cauſa, & tunc quidem etiam breuiter , & submissa voce, loqui . Cum æstate à prandio post recreationem paulum quietis , & ſomni cōceditur, dato silentij signo, vnuſquisque in ſuū cubiculum ſecedat, ibique in ſancto silentio, & recessu,

recessu, vel studio ſe dedat, vel quieti dormiendo ; nullo autem pacto cubiculo egrediatur, aut quempiam audeat alloqui .

Loca verò quibus præcipue silentium indicuntur, iſta eſſe intelligent, ſacrarium, reſectoriū, capitulum, oratorium, ad quæ maximo ſemper silentio tūm conuenient, tūm abibunt . Nemine in hiſ præter ſuperiorem, aut magiſtrum alloquentur , ab ijsdem interrogati, vel cum aliqua re indigētes opus fuerit ad ſuperiorem , vel magiſtrum confugere .

Horam à prandio, & cena, vel paulo ſecūs recreando animo concedimus, qua mutuis colloquijs curas animi, & labores releuabunt, ſed ea animi moderatione & charitate , vt nemine interim irrideant , illudantue , caneant contentiones , & rixas, ſcurrilitate, vanisquè sermonib⁹ minimè diſfluent , deridiculo agnominę quempiam nec compellent : mutuo verò ſe honore , ac obſeruantia complectentur ; ab eoq; pronomine, quod italico idiomate negleſum quendam perſonę ſecum afferit, ſcilicet T V in mutuis compellatiōnibus abſtinebunt .

Si quando honestus aliquis ludus cōcedetur à magiſtro , vel exercendo ingenio , vel corpori accommodatus, prompti, & alacres morem gerent, vacabuntq; ludo, vt viuidotés. & vegetiores ad ſolitos labores, & curas redeant .

Nūquam bini, terni, vel quaterni ſeorsum ab alijs in alicuius cubiculum ſecedent ; vel ita diſiuncti, vt aliorum aspectū vitent, aut confuedinēt; cauebunt ne priuatam aliquam ſoda-

litem in eant inter se, huiusmodi enim seces-  
sio, & particularis amicitia est perspicuum ar-  
gumentum animi singularitatem affectatis: Et,  
quod caput est, arguit aliorum hos consuetu-  
dinem auferari, & aequali non omnes charita-  
te compleati; quod sanctissimi viri, pernicio-  
sissimam tamquam pestem, a cœtibus religio-  
sorum excludendum esse voluerunt.

Nemo epistolas ad quempiam exarabit, nisi  
prius à magistro facultatem impetraverit, ei-  
demque legendas tradiderit, & sigillo Collegij  
obsignandas. Ceterum Magister non permit-  
tet crebrioribus literis scribendis Nouitios tē-  
pus terere, ne spiritus circa sacerdicia euagetur;  
Rarò, difficulter, & reluctans conscribendi li-  
teras facultatem concedet. Minus sinet affi-  
nes eorum inuisere, aut alloqui, præsertim si no-  
bilitate, aut diuitijs præpolleant; sed per quam  
rarò; quod ubi concedet, ipse intererit collo-  
quio, aut aliquis grauis, & prudens sacerdos  
spectabilis probitate. In colloquendis mulie-  
ribus, si quando contigerit, quam breuissimi  
semper se paucis expedient, defixis in terram  
oculis, spectabilique modestia eas alloquentur.

Præter diuinū officium, & ea studia literarū,  
in quibus non nihil se exercebunt Nouitij, Bea-  
tae Mariæ Virginis officium quotidie recitabūt,  
cui se obnoxie commendare, & totos deuouere  
meminerint, ut tantæ Virginis Deiparæ auxilio  
vires obtineant validiores ad iustinendum su-  
ceptę vitę onus, & ad labores perferendos ala-  
cri animo nostræ congregatiōnis. Doctrinæ  
pa-

pariter Christianæ libellum condissent, ut pa-  
rati sint, si iussent superiores alios edocere.

Hæc facile omnia, & alia etiam multo plura  
peragent, si amantes solitudinis, & silentij erūt,  
& otium in ipso sui cubiculi secessu cuitabunt.

## DE CVLPIS DICENDIS.

**N**ostre Congregationis instituta præci-  
piunt, ut Nouitij anno probationis,  
qualibet sexta feria, exteriores erro-  
res, quos inter hebdomadam commiserint, in  
triclinio genuflexi coram Superiore accusent.  
Hanc animi mortificandi, & humilitatis obtri-  
nendæ præclaram rationem finito anno, quan-  
diu superiori, vel magistro visum fuerit, libenti  
animo prosequentur.

Ceterum in secunda probatione, quæ quin-  
que annos, aut diutius ad Patris Generalis ar-  
bitrium, a nuncupatis votis, durabit, huiusmo-  
di mortificationis genere tanquam lege mini-  
mè erunt obstricti; sed solum si libuerit superio-  
ri, aut Magistro, qui diligenti examine nouitio-  
rum progressus, virtutem, deuotionem, et a-  
tem ponderabunt, antequam Nouitios secun-  
dam probationem ingressos ab ea lege culpas  
accusandi exoluant. Si quis Nouitius sacerdos  
fuerit, tum à magistri custodia, tum ab ea mor-  
tificatione perendæ venia, pronuntiatis religio-  
nis votis, liberetur, cum maturitas ætatis, & sa-  
cerdotalis dignitas satis per se sit, Patrem iu-  
dicio, ad spiritum, pietatem, deuotionem fo-

lo probationis anno ; menti ipsius infetendam ; & ad Congregationis mores , ac instituta per discenda .

Omnis tam primæ, quam secundæ probatio-  
nis Nouitij, conuenient simul ad ea munia, quæ  
iussit , & ad Congregationes, quas Magister  
indixerit . Nemo inter accusandos suos errores  
audeat temerè, procaciter, vel minus mode-  
stè, magistro reprehidenti respondere , aut  
mussitare , aut submurmurando mutire ; sed si  
voluerit se defendere , vel causam producere ,  
vel excusationem afferre, quare obiectum crimè  
diluat , ut conceptam à magistro de se prauam  
opinionem auferat , prius dicendi sibi faculta-  
tem depositat, deinde humilibus verbis suæ cau-  
sæ patrocinetur : quamvis apud Deum, tum etiā  
apud hominis magis ille mereretur, si se crimi-  
nis, nulla allata excusatione , facetet reum , &  
sontem haberi pateretur ; ni tamen alicuius gra-  
uioris sceleris insimularetur, tunc enim licebit,  
ut suæ consulat famæ superiorum adire , & genu-  
flexus apud eum veris rationibus sibi obiecta  
delicta expurgare . Accusatis erroribus ante-  
quam a surgant, terram semper exosculentur ,  
eorum autem errorum venia petent, in quos pa-  
lam vel imbecillitate naturæ, vel iuuenili leuita-  
te prolabuntur , non secretiorum internæ con-  
scientiæ . Magistri itaque munus erit huiusmo-  
di rerū in scios Nouitios erudire , vt sciant quid  
sit ipsis agendum, quo risus occasionem subtra-  
hat, quem facile excitaret quisquis in triclinio  
accusando errores, reticenda fateretur .

Nullus

Nullus alium infamet ; aut falsi criminis defe-  
rat apud Superiorē , aut Magistrum , & mēda-  
cij conuictus poenas sceleri debitas luat .

Si quis graue aliquod cuiuspiā delictum co-  
gnoverit , memor præcepti euangelici secretō  
corrigat , & prudenter arguat , si nouerit futu-  
rum , vt respiscat, si minus ipsum apud Supe-  
riorē accersat , & Ma gistrum , & illorum pru-  
dentiaz, relinquat opportunam medicinam adhi-  
bere, sed secreti cautione , crimen fratris dete-  
gent , vt criminis qualitas, locus, persona , aut  
tempus postulabit .

Norint autem omnes teneri , ad Congrega-  
tionis candorem, decus , & innocentiam tuen-  
dam ; atque adeo minimè, si quod viderint, aut  
nouerint crimen ab aliquo commissum , quod  
Congregationi dedecus afferre possit , silentio  
regant; non solum vt delinquentis consulant sa-  
luti, sed etiam ne callum obducat in peccan-  
do , quo difficilior reddatur emendatio , & ne  
aliquid detrimentum Congregationi nostræ  
ob fratris occultatum delictum immineat .

Facilius autē poterunt Nouitij Dæmonis la-  
qqye declinare, si vita spiritualis ducem, ac pa-  
tronum Beatorum aliquem singulis mensibus e-  
lignant , qui eos ab humani generis hostis insi-  
dijs defendat .

Idcirco Magister quolibet mense schedulas  
singulas, in quibus Diuorum nomina , cum pia  
aliqua sententia sint scripta, sortitō ex vrna ex-  
tractas omnibus diuidet . & qui cuique Diuus  
obtigerit, sit illo mense tutor , & patronus , cui

C 4 se

40  
se obnixè commendent Nouitij, & eam mortificationem à superiore postulabunt illo die, quām schedula destinari.

IX.  
**D E S E N S V V M**  
*exteriorum modestia.*

**M**odestia Virtus nulla satis oratione, pro ipsis nobilitate, & præstantia laudari potest, quæ à sanctis etiam Patribus celebratur, ac quām maximè commendatur. Et certè laudabilis externarum nostri corporis partium composicio vehementer afficit intuentis oculos, vt ex illa interioris animi compositionem facile quisque introspiciat. Sæculares vero, qui in Religiosos viros præcipue oculos intentos tenent, uno corporis præsertim habitu commouentur; si enim aliquem viderint liberiorem in loquendo, aut externa corporis compositione, aut gestu leuiorem, & laxiuorem, exinde vel malè viuendi exemplum desumunt; vel contemptum quendam animo concipiunt illius Congregationis, cuius ille institutum profitetur, qui se exhibet incomposito, & inuerecundo habitu corporis contundum. Nouitij igitur nostri, non satis existimèt cæteras vitutes acquisiuisse, quæ interius hominem Dei oculis compositum reddunt, nisi etiam exteriorem hominem, ita composuerint, iuxta sanctorum Patrum disciplinam, vt bonum sui odorem effundant, & sæculares, qui externam solum

41  
solum adubrationē virtutis examinant, bene vivendi exemplar propositum habeant, & optimā concipient de nostra Congregatione opinionē. Quapropter studebunt Nouitij; vt cum in alijs corporis motibus, tūm verò præcipue in oculorum intuitu moderando sint quām diligentissimi, quos si curiosè, incautè huc circumferent, prauam statim de se opinionem sæcularium mentibus creant; procax enim, aut parum modestus oculorum motus adeò deformat religiosum, vt sæculares ipsi, cum petulant, vel inuerecunda oculorum licentia, aut incuria, solidam virtutem, & Deitimorem haud posse coniungi arbitrentur. Oculos igitur quām diligenterisimè in se collectos retineant, viuidissimum scilicet sensum obstruent, non solum, ne vanas rerum species hauriant, quæ cogant mentem à cœlestibus abstractam, per terrena spectra euagari; sed etiam ne sibi uno illo inconsulto oculorum cōiectu inuerecundi, & parum honesti animi notam inurant. Incredibile verò è contra dictu est, quantum modestus oculorum flexus religiosum commendet, & honestet, vt prauos etiam interius latentes mores obuelet.

Cum simul remittendi animi gratia versabuntur Nouitij, cauebunt, ne cuiquam manus injiciant, ne quenquam attrectent, ne se inuicem impulsibus vrgeant, aut corpore impingant; nihil demum agant minus modestè, aut uercundè.

Si aliquibus Nouitiorum, fuerit infirmorum cura demandata, Sanctissimum illud charitatis officium

<sup>42</sup> officium, quam modellissimè exerceant, & cas-  
uebunt, ne religiosæ moderationis terminos trā-  
sgrediantur. Modestia non exiguum specimen  
sua præbebunt, si quando cum superioribus,  
vel præceptoribus agendum erit, deiectis oculis,  
vultum verecundè component, licentiosè enim  
faciem maiotis intueri adolescentem, argumē-  
tum est animi parum morigeri, & minus ad bo-  
nam frugem compositi.

*DE VESTIVM  
modestia.*

**N**Vllus Nouitius cubiculo egrediatur,  
qui non sit ita decenter indutus, ac si  
in templum, vel in forum processurus  
esset. Ad collum, & manus vestis non ita laxe-  
tur, vt nudum collum, aut brachia conspicien-  
da exhibeantur. Sordes omnino, vt etiam ni-  
mia cōpositio, aut cultura in vestibus evitetur:  
odores cū primis, pastillos, & vnguenta proflus  
interdicta sciant, & fugienda religioso; nitens  
enim cutis, inquit D. Hieronymus sordidum  
ostendit animum. Indumenta igitur ita corpo-  
ri adaptabunt, vt religiosa modestia in vestitu,  
non nitor, aut vanus cultus appareat.

In domo verrenda, vel ecclesia, aut alijs, vbi  
manus operantur, exercendis, non ita vestem  
attollant, aut cingulo tenus subducant, vt fe-  
moralia videantur, quod idcirco Patres nostri  
vestem talarem in anteriori parte consulunt ut  
que

<sup>43</sup> que ad pedes esse voluerunt, vt hæc vestitus mo-  
destia in nostræ Congregationis fratribus eni-  
teret; cuius rei etiam admonendi sunt laici, ne  
cum in publico aliquod opus exercent, vestem  
cingulo innectant ita, vt femoralia detecta ex-  
ponant contuenda.

Cum egrediuntur domo, si Nouitij erunt Sa-  
cerdotes Biretum manu gestent, vel etiam ca-  
pite, pro temporum varietate: Clerici verò tan-  
tum galero caput regent. Cæterum eandem om-  
nes vestiendi rationem seruabunt, & omnibus  
similis prorsus sit habitus, & vestium forma. Hæc  
enim vestimentorum yniformitas, maximo de-  
cori, & ornamento Congregationi est, & com-  
munitatis, ac fraternæ charitatis aperiissimum  
argumentum,

Ad mortificandos verò Nouitios in vestitu  
Magister vestes illis interdum peruetustas, aut  
resutas induendas dabit; quamuis nouas, &  
benè cultas parentes coemerint. Curabit itidē,  
ne quidquam apud se Nouitij retineat proprij.  
Sed omnia in communi vestiario seponantur,  
notatis signo aliquo distincto cuiuscunque ve-  
stibus, & rebus, vt si contingat aliquem è Con-  
gregatione recedere, sua secum recipiat; At cla-  
uem vestiarij aptiori Nouitiorum confignabit.

44  
DE MODESTIA  
in cubiculo.

**E**T si unusquisque nostrum suum peculiare cubiculum habeat, in eo sicutamen morari debet, ea compositione corporis, ac modestia, ac si ibidem plures adessent, & videtent multi cubiculi reculas fātūtātem. In surgendo ē cubili prius thoracem induat, tum immediatē vestē, quā indutus ē strato descēdēs decētūs alijs indumentis se cōuestier. Cū iturus cubitum exiūt, caueat, ne aliquam corporis partem denudet, quā oculos posset offendere. Quocunque tempore cum induſio dormiet, nunquam etiam patente fenestra; deuiter quicquid sacerdūlūm potest suboleare.

Nemo sine licentia alterius cubiculū adeat, aut ingredietur, nisi prius leuiter pūfso manib⁹ hostio, & respōdeatur, ingredere. Quo tempore simul morabuntur, pateat hostium, & per quam breuiter locuti citissimē se expedient.

Hora silentij seruandi nonnisi vrgenti necessitate facultatem alieni cubiculi adeundi Magister concedet; noctu verò nūnquam, quācunque occurrat causa; sed unusquisque sua se continebit cella, vbi & pietatis, & literarum maiores faciet progressus; lumen in laterna clausum, inquit Thomas de Kempis. fulgorem suum retinet, & ardorem, extra verò posicium, leui flatus extinguitur, & tenebrescit.

Primum externum opus, quo mane exercebūtur

eur Nouitij, erit cubiculum verrere toties in hebdomadā, quoties illius nitorī, & munditieī sufficiet: cubiculum sternere, omnia concinnare, ne quid intuitum ingredientis offendat. Vanæ prorsus imagines, preciosiores tabellæ, specula, vasa cultiora, ea demum omnia, quæ prop̄phani aliquid pr̄ferunt, interdicta sciant, vt omnia, quæ in cubiculo vel ad ornatūm, vel ad necessitatēm conceduntur, deuotionem, pietatem, modestiam habitantis ostendant.

Supellex cubiculi, quoad fieri poterit, sit omnibus eadem, vt nostra religiosa patitur paupertas: libros omnes, quibus utuntur, & in cubiculo tenent, descriptos seorsim, e lencho aliquo, habent; & si fuerint eiusdem Collegij, in quo degunt, eorumdem descripta nomina superiori, aut bibliotechario tradant, vt si contingat collegium, aliò migrando, mutare, eosdem, quos acceperint libros, restituant.

Cūm in vita laboriosa aliquid interdum sit concedendum requietis, qua delassatae vires reficiantur, alterno scilicet labore, & requie quod caret, durabile non est: dies unus ad quietem tantum clericis nostris concedatur, quo feriari liceat à matutinis horis noctu in choro cum alijs recitandis; plures verò interdum etiā poterit Magister concedere, si cuiuspiam labor, affecta corporis constitutio, vel necessitas postulabit; sed tamen cauebit, ne nimia sui indulgentia hac in re, psallentium in choro nimia sit infrequentia, & paucitas.

Vbi illucescente iam mane à somno surrexerint,

sint, statim adeant præceptorem, & ab ipso benedictionem recipient, & deinceps diuinum officium persoluant, & mentali orationi vacet, à quibus rebus nunquam liceat cuiquam ferari; opportuno sed tempore recitabunt, ne nimium tarda munera maiestas diuina fastidiat.

Tempore Quadragesimæ, & Adventus citius & maturius surgent è somno, ni aliter fieri necessitas compulerit, & charitas suaserit. Quo die somno indulturi sunt, clauem extraheant è sera, quam foris in ostij limine ponet, nec quisquam intus ianuam claudat, vt Magistro integrum sit, cum libuerit, cubiculum ingredi. Si vero locus, in quo seorsim degunt. Iuvenes cancellio occcludetur, nullæ cubiculorum sint claves, sed tantum cancelli, quam semper afferuabit vel Magister, vel is, qui Magistri vices gerit; & tunc grauiissimo criminis dabitur cuicunque alterius cellam introire.

Infirmorum cubicula, vt quam mundissima sint peruideat Magister; Qui vero eorum curæ iussu præceptoris gerent, operam dabunt, vt infirmorum necessitatibus nihil desit; eorundem salutis quam diligentissime habebunt rationem; morositatem, & difficultatem quacumque inserviendo tolerent æquissimo animo. Medico primum, tum superiori, & infirmorum curatori obtemperent. Infirmos invisiendi gratia adventibus, modestiæ charitatis, & sollicitudinis exemplum se præbeant. Nulli cœtus in cubiculo infirmi, aut plurium conuentus habeantur, ne verborum nimio strepitu, aut elatiori vocis sono

sono officiæ infirmo, sed si quem sermonem seread ægroti solatium, morbiq; vim relevandam volent, voce sit quam submissa.

Vesperi dato signo eundi cubitū, extēplo oēs omnes intermissionis colloquijs, & ludis filētes, in cubiculū secedēt ibique quartā horæ partē excutiendæ conscientiæ, & diurnis culpis examinādis impendent, vel orando consument: deinde extinguent lucernam; quam an omnes extinxerint, magister, seu aliis illius vice lustrando cubicula, sedulò videbit: Inobedientes punit, præsertim si sapienter id commiserint: mulæta inobedientiæ hæc esto, pluries sine lumine cubitum eat.

## D E M O D E S T I A ad Mensam.

**Q** Via interdum fieri solet, vt prætextu necessitatis, sive aliquis studeat indulgere voluptati, vt omnis carnalis sensus traudes deuitentur; nullus Clericorum nostrorum, alio ciborum genere vtatur, quam quos communis mensa exhibet comedēdos; nec singulares affectet, nisi vrgens necessiras impellat. Cum vero Magistro comperrum fuerit eidem esse necessitatem, certiore faciet superiorem, qui curabit, vt necessitati, non voluntati seruat. Nemo alteri suos cibos donet, cum alimentorum pars æqua sit omnibus, & ciusq; satis consultum necessitati.

Nemo

Nemo à ministris præter panem , & vinum , quidquam depositat : Hæc vero si deficiant , caueant , ne vrcei , aut cyathi percussione , popinarum more , aliquem è ministris ad deferendū accersat , sed nutu indigentia fratrem modestè admoneat . Quod si in secunda mensa , paulò essent , vt sèpe fit , negligentes ministri , licebit liberius sibi necessaria postulare , voce rāmen submissiori , memor modestiæ , & silentij inter prandendum , & cœnandum seruandi .

Studebunt omnes . vt ad primam mensam simul conueniant . Quod si iam recitata benedictione venirent , mensæ non accumbant , quin prius superior annuat , ne alijs iam accumbentibus suo aduentu iacommodent , sed secundam mensam exspectent . Finita prima mensa nemo eorum , qui iam comedenterint , nisi ministerij grātia in triclinio moram faciat , in quo perfec̄tissimum silentium erit seruandum .

Clerici Nouitij ad gratias agendas in chōrum procedent ; Laici verò ad sua quisque ministeria . Qui secundæ Mensæ interfuerint , poterunt iam refeti , cum illis collibuerit , à mensa recedere , & gratias voce tacita agere , nisi aderit superior , qui paulo post sit etiam ipse discessurus è mensa , tunc enim obseruantia ratio postulabit , vt ipsius abeundi signum exspectent .

Ad primam mensam , aliqua nostratum constitutionum legentur . Deinde sanctorum Patrū volumen aliquod latinè compositum , postremo plus dimidio temporis prandij transacto liber

spi-

spiritualis italicī idiomatis . Vesperi ad cœnā prima lectione erit de sacra scriptura , cuius vno capite lectione (prætermisso Cant. canticorum , & psalmis ) lectionem vulgaris idiomatis libri lectione excipiat : Detecto autem capite , & recti in pedes stantes sacram scripturam legent . In secunda mensa legetur aliquid illius libri italicī sermonis , quod fuerit lectum in prima . Nec ulterius progredien dum erit , ne materia interrumpatur , & continuus lectionis sensus intermittatur . Vesperi non erit , quod legatur secunda mensa , omnes enim primæ interterint . Lectores erūt Clerici nostri quicunque , sive Novitij , sive professi , vel etiā Sacēdotes Nouitij , qui omnes suis in orbem vicibus integrā hebdomadā legent . Qui lectori primæ immedia- tē succedit , secunda mensa legat ; vel illo abente , aut impedito , qui proximior est vicem illius subeat . Diligenti verò prælectione percurrent , quidquid lecturi sunt ; legent autem clara voce , alta , atque distincta .

Cum inter errandum corridentur , statim asurgant , & caput detegant ; corriget autem superior , aut literatum præceptor : nam hic rerū spiritualium præfetus nihil agit , superioris iniussu , sed post mensam ipsos errorum , si non fuerint emendati , commonefaciet .

Ieiunij tempore poterit lector , præcipue si foret valde adolescens , panis frustulum vino mafactum , ante lectionem comedere , ne legendo uires deficiant , aut sensus hebetentur .

Si fuerint Sacerdotes Nouitij, etiam si ad suā  
perioris voluntatem in choro hebdomadarivs  
officium regeret, nunquam tamen, nisi votis  
nuucupatis, mensam in triclinio benedicent.

Omnis autem clericī mensā decenter accum-  
bent, non inclinati, non mensā, vel parieti ad-  
harentes, non ingredientes, aut egredientes  
aspicient; sed demissis oculis, neminem, vel  
à latere stantem, vel eius portionem contuean-  
tur spectabilis vrbanitas, modestia, religiositas  
in ipsis effulgeat: minimè felibus blandiantur,  
aut quidquam aliud ridiculi agent: non sordes,  
& puramina in medium proijcent, sed ponent  
in lance. Nullus ē mensa aliquod comedibile  
exporter, nisi fuerint fructus, quos in cella con-  
seruet licet, & detineat.

## DE MODESTIA in recreationibus.

**Q**Valibet quinta feria ad mēsam lectionē  
licebit feriari: quo die superior ex no-  
stro intituto solet aliquid amplius ad  
comedendū apponere patribus, quō abundan-  
tiū reficiantur corporis vires, & recreantur, &  
colloquendi eriam inter comedendū facultatē  
concedere. Sed Clerici nostri silentium, memo-  
res modestiz, seruabunt, patribus colloquen-  
tibus; Adolescentes enim decet coram seniori-  
bus filere, interrogantibus solum respondere.

A prandio, vt diximus in capite de silentio,  
Nouitij

Nouitij horam remissioni animi, & genio con-  
cedent; omnes simul; nisi magistro ob maxi-  
mum discrimen atatis, vel aliam ob causam,  
eos in classes diuidere opportunum videbitur.  
Commodum verò valde esset, & perutile, aut  
latino sermone, si fieri posset, assuescerent, quod  
sibi latinum idioma longo vsu, & consuetudi-  
ne promptum, & expeditum redderent, ac ver-  
naculum.

Tempore Quadragesimæ, & Aduentus me-  
diā circiter horam spiritualibus colloquijs a-  
nimū relaxabunt: vel Magister piam aliquam  
lectionem habeat, de qua disserendo, & queren-  
do inuicem illud temporis fructuosè consumēt.  
Hoc vero spiritualis exercitij vicem habebit,  
quando illa peragere tēporis angustiæ non per-  
mittent.

Si superior alium locum extra domum ( qui  
tamen longè à ſecularibus fit remotus ) ad re-  
creandum animū concederet; ibi etiam omni  
modestia, amoto tumultu, & cursitatione ver-  
ſentur; Modestē ſe ſe recreantes gratias taciti  
Deo agant, qui tam prolixa in eos vtatur be-  
neſicentia, quod gratissimum Deo eſt, vt enim  
inquit D. Ambroſius, beneſicorum eſt retribu-  
tio diuinorum, vt cum reſecti fuerimus, bene-  
nos conſiteamur acceptos. Inter Clericos No-  
uítios primæ probationis profesi ſine ſpeciali  
superioris licentia minimè aderunt.

Nulla proſlus ratione finat Magister Cleri-  
cos nostros mutua inuicem ſibi munera confe-  
re, & ſi ex reſ spirituales eſſent; miuſ priuatas

secum inire amicitias, eas vbi conciliatas aduerterit, statim omni studio dirimat; ne principijs neglegetis, factiosis partibus aliquando perniciose in damnum Congregationis cedat. Ira demum vbiique se gerent clerici nostri, vt in ecclesia deuotionem, in recreatione modestiam, in obediendo alacritatem, in triclinio urbani-tatem, coram maioribus natu verecundiam praese ferant.

## DE CONDITIONIBVS Nouitij.

**H**oloustum, quod in sacrificijs veteris legis Deo totum altaris flammæ absumblebant, refert faciem seruandam se totum Deo Nouitij deuouentis; Nam sicuti ex holocausto nullam sibi Sacerdos, nullam sacrificans partem vindicabat, sed ignis ad Dei honorem totum adurebat, ita Nouitius se totum Deo sic offerre debet, vt nihil reliqui sui vel parentibus, vel amicis, vel sæculo, vel diuinijs faciat, vel sibi etiam aliquid reservet, sed totum, quantus quantus est, diuini amoris flamma absumant: Nulla foedatum macula esse debebat illud holocaustum; non secus Nouitius nullam secum de saculo maculam in Religionē debet inuehere, sed omnibus maculis abstensis se planè purissimum holocaustum, & immaculatum deuouebit, dicabitque, siquidem cum Deus sit purissimus, omnes, vel minimas labes extorrescit. Et quia ex intentione bonitas finis

splen-

splendescit; illud animo tantum intenderet Nouitius, vt abdicato sæculo ordini Congregationis adscriptus se totum diuino obsequio dedat, & mancipet seruituti; perfectionem, & animæ salutem anhelet. In omnibus, inquit Diuus Gregorius, nostris bonis operibus, quid mente conceperimus esse nobis diligenter examinandum, & videndum ne quid ijs misceatur humani, sed omnia ad æternam salutem assequendam dirigenda. Dæmon enim emititur intentionem vitiando ita nostras operationes obsolefacere, ut eo fine frustrentur, cuius gratia instituuntur.

Illaquæ præcipua, inter dolosas humani generis hostis tecnas, est; vt humanis oculis aliquid speciosum appareat, quod diuinis, virtutata intentione, est valde deformis. Quod si Nouitius habitum Religionis suscipiens aliud animo, quam suam salutem, & diuinum obsequium, ac famulitium meditetur, rectâ ad suam perniciem grassabitur; quamuis enim, qui hoc animo est comparatus, bene auspicetur suum Religionis perfectionis ingressum, sapientissime ramen vel ipso Religionis Tyrocinio deflectit, vel progressu, virtutis opera, regularem disciplinâ oderit, tam severam vitæ religiosæ rationem fassidiet, quippe qui animo commoda vitæ humanæ, non cœlestia bona, & perfectionem virtutis, cum religioso ordininomen daret, solum meditaretur.

Interdum verò insidiosus hostis cum intentionem peruertere non potest, socordia, & te-

D 3 pidi-

puditatis cuniculos struit, in ipsa actione se quæsi in itinere opponit, agit oscitantia; studet enim, ut segniter, & oscitanter adeo opus Dei peragatur, quò meritū operationis euanescat.

Domestica p̄fæpe commoda, voluptates, delicias ob oculos ponit, & quidquid mundi contemptu oblectationis est om̄issum, offert menti; quibus hostis incuribus ita Nouitius quatitur, vt in ipso itinere fœdè corruat, & misérabilis seruili iterum præda euadat; cui nimirā nihil sit delectabilius futilibus de s̄culo colloquij; hoc sap̄e cogitet, hoc interno sensu anhelet.

Denique si minus Dæmon intentionem potest peruertere, vel impedire progressus, vel opera labefactare, actionum fini, ac termino nequit infidias, ibiquè properantem præstolatur, & quantò, inquit D. Gregorius, vel à Domo cordis, vel ab itinere operis longius recelsisse se simulat, tantò ad decipiendum bonæ actionis terminum astutius expectat.

Necesse igitur est, vt Nouitius suam inventiōnem & mentem oculatè exploret, qua religiose vita institutum amplectitur: suę inuigilet accuratè saluti; Non hæc secum animo tacitus voluat: vbi primum probationis annum absolue-ro laxior erit disciplina, exantlatis studiorum laboribus, non adeo severis adstringar legibus; sacerdotio inaugurus, maiori colar obseruantia; non deerunt modi, & viæ, quibus meæ geram morem voluntati; Magistro, Lectori, vel concionatori declarato latior patebit campus

meo

meo in pluribus desiderio obsequendi; si vñquā Superior renunciabor, mei tum pene iuris ero, & cæterorum mihi subdentur voluntates. Et si enim ipso Religionis ingressu mens fuerit recta, hisce tamen vanis cogitationibus, quibusdam veluti laqueis, irretietur, & omnes Religionis, quos pertulerit labores, incassum disperdet: Secum igitur hæc animo potius euoluat suo: Crucem Christo deferam præente, qua Dæmones fugantur, infirmitates sanantur, debiles, & fracti roborantur, sordes criminum eliduntur; labor emollitur: Quæ non graue pondus, sed leue, sed delectabile, & animæ delitium videtur ijs, qui huius brevissimæ vitæ momentaneis pene laboribus æterna cœli præmia ciuiunt mercari.

Recogit et se Religionis habitum induisse, nō vt Deo suas fortunas, res, diuitias dicaret; sed corpus, vt illud quotidianis macerationibus menti subigeret; sed honores, & decus humānum, quo contempui ab omnibus haberetur, sed vitam, vt totam diuino conseruaret seruicio; sed denique animum, & sensus, vt suam penitus abnegaret voluntatem, & gulam vilibus cibis, linguam silentio edomaret, & ea faceret, & patareretur, quæ te ad cœlum eueherent.

Hoc Nouitij animo prorsus insideat, se assiduo contra præcipitem proprietum sensu torrentem enixurum, se eorum aliquando obtremperaturum imperijs, qui domi suę forsitan paruisserent, viliora fe obiturum officia, quæ alacri, & prompto animo sunt obeunda. Si hac

mente, hoc animo compositus Religiosam vitam capessit, ut hæc omnia iuslus efficiat, & eo se confirmet proposito, ut quæcumque aduersa, difficultia, & aspera, Dei, & suæ salutis causa sibi existimet toleranda; Age, quicunque ille sit Adolescens, Macte animo, & virtute, certamen cum Dæmone, cum sæculo, cum proprio sensu impavidè in eas, intrepidè decerta, certissimā tibi victoriam pollicemur, atque haud dubio ominamur præfigio futurum ut præclarè emeritis Religionis stipendijs in cœlo æterna corona laureatus triumphes.

Caterū si religionem adeat, ut mundi molestias, domesticas curas, egestatem, & rerum humanarum difficultates declinet; sciat iste, se in Religione maiores curas, & acerbiores difficultates offensurum. Mutet igitur eam intentionem, qua omnia bona opera inficiuntur; Si lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipse tenebræ quantæ erunt? Hoc est, si finis haud rectus erit, operationes ad finem minus rectæ erunt: lumen, inquit D. Augustinus, bonam intentionem mentis, qua operamur, tenebras autem ipsa opera appellat.

Postquam Nouitius suam animi deliberationem, & causam, qua Religiosus efficitur declarauerit; suæ ætatis etiam annos receascat, morbos, si qui delitescunt, conditionem, studia, natalia detegat: an inter Clericos, vel laicos desideret cooptari. In his corporis vires, & robur requiritur, in illis acre ingenium, perspicax, vividum, docile, idoneum ad disciplinas.

Deferer

Deferer præterea de bonis, & probatis moribus testimonia; in quo potissimum considerandum, an frequentauerit sanctissima sacramenta; an rerum spiritualium habeat aliquam cognitionem. Danda viterius opera est, ut nostras constitutiones, regulas, viuendi rationē prænoscat; ut onus, quod est subiturus animo multo ante concipiatur. Peruidendum ne aliquo corporis virio sic deformis ita, ut vel risum excitat, vel commiserationem moueat; sacerdotē enim maximè dedecet in sacrosancto Missæ sacrificio corporis aliquam deformitatem.

Si posterioris alicuius viri suffragio enixus aliquis moliri religionis sibi ingressum deprehendatur; difficultius isti, & cautius aditus patet Congregationi; potentiorum enim clientela tu comparatur, cum aliquod latet impedimentū.

Nostris porrò constitutionibus Religionis auditu prohibentur omnino, qui alterius Religionis habitum per quantulamcunque moram detulerint. Qui verò omnia requisita habuerint, & apti cognoscentur ad Religionis onera perferranda, non statim admittantur; sed per aliquod tempus experiantur Patres; an spiritus ex Deo sit, nec ne: Differendo enim Diuo Gregorio teste, crescunt bona desideria, sin minus languefcunt; & si adscribendi in ordinem nostrum desiderium magis efferuesceret; tum Adm. R. Patris Generalis iussu, ad conuentuale capitulum de eorum receptione referatur. Et quia nostra Congregatio paupertate premitur, qui admittetur, si per eorum fortunas licebit, pro aliamentis

mentis anni probationis soluat. Ceterum ea omnia seruentur, quæ de Nouitijs sacrum Concilium Tridentinum præscribit.

## DE NOVITIORVM Magistro.

**O**ptaremus equidem, si humanæ naturæ conditio pateretur, ut aliquis humanū fere prætergressus fastigiū, cœlestem in terris vitam ageret, nostris Nouitijs educandis, & imbuenda iuuentutis eum virum præceptorem accersere, qui planè cœlestibus esset virtutibus adornatus.

Deposceret enim præstantissimum religiosæ perfectionis institutum, virum omnibus virtutibus insiginem, & ijs animi dotibus conspicuum, quæ illum humana sorte nobiliorem indicaret. Nam si regendis quibuscumque animalculis logè omnium præstantissimum hominem ductor præficiamus; quid ni ad gubernandos, cœlestibusquæ virtutibus imbuendos, cœlestis homo, & humana nobilitate excelsior, & excellentia præstantior esset aduocandus? Enim verò, si ijs præceptionibus informare debet adolescentes, quibus per viarum veluti compendia ducentur ad cœlum, & ijs virtutibus instruere, quibus præculti diuinis oculis placere possint, certè non solum omnium peritissimus, sed exultissimus esse debet. Hinc sapientissime magnus ille Basilius sensit, tum demum monasterium optimè se habere, cum Monacis præ-

fici-

sicutur prudenter, & instituendæ virtutibus iuuentuti melior. Quamobrem in huiusmodi magistro eligendo, quam oculatissimi erunt superiores nostri, ex qualibet enim mala alterius cuiuscunque officij administratione temporale aliquid damnum, quod facile reparari posse impendet; ex mala verò iuuentutis educatione, spiritualis imminet ruina, & huiusmodi malum, quod vix unquam queat profligari; latius quippe serpit, in posteros manat, totamq; Congregationem in perniciem trahit deplorandā, ac proprio occasu conuolut.

Nouitijs itaque virtutibus informandis iij erunt præficiendi, qui spectabilis vita, & probitatis inter nos habentur.

Quia verò, vt dicebamus, isti planè diuini, ac cœlestes esse non possunt, & homines cum sint, aut humana prorsus dediscere nequeat, & passiones conuellere, aut omnia possint hauiisse prudentiæ præcepta, ideo, vt optimam iuuentutis in via Domini informandæ ineant institutionem, hæc monita iuuerit subiecisse.

Nouitorū igitur Magister cum primis studebit se humiliter agnoscere, vt se ipsum diligenter excutiat, propriosquæ defectus exploret; cognitio enim sui ipsius maximè necessaria est a liorum curam gerenti. Nam cum alios corrigerere beat, a se ipso sunt prius ea omnia tollenda virtus, ac prorsus extirpanda, quorum voluerit alios coarguere, ne eadem sibi exprobre tur, illudquæ euangelicum dictum obiiciatur. Quid vides festucam in oculo fratri tui, &

trabem

trabem in oculo tuo non vides? Quin etiam Magistri praeuentis exempla magis ad virtutē impellunt, & ad suadendum sunt efficaciora. iuxta illud philosophi dictum: longum iter per verba; breve & efficax per exempla, homines quippe amplius oculis, quam auribus credunt.

Ex hac sui ipsius cognitione duæ præcipue virtutes emanabunt; Humilitas, & mansuetudo, in quibus totius huius officij summa consistit, & optima, ac prudens iuuentutis institutio innitur.

Mansuetudine primum opus est iuueni præceptoris, ut nativos eorum defectus, prauas propensiones, & vitia naturæ æquiori animo sciat tolerare, eademque paulatim cum ætate crescentia, maxima comitate, & prudentia norit resecare, non agresti modo, aut violento cum illis ager; magis enim exasperantur iuueni animi sapè, tantum abest, ut emendentur, seueram adeo, ac rigidam disciplinam perosif. Quin non satis fiderent præceptoris iuuenili adhuc sensu vigente, & sæculi reliquijs, quæ tenacius adhaerent, obnitentibus.

Interdum erit illorum erroribus conniuendū dissimulandæ sapè iuveniles leuitates: maxima dexteritate, & prudentia opus erit, ut sciat comitate seueritatem condire, ne acerbitas seueritatis lenimen superet comitatis, & plagam faciat ampliorem; quæ aliquando placidis est lenienda verbis, aliquando acri reprehensione ut cunque sananda.

Degendus verò erit Adolescenti suis moribus,

bus, ut suis met oculis videat; quam multis egat medicamentis, quibus ab animi illa infirmitate conualescat.

Benignus, & facilis sit Magister, & moribus, & natura, ut si aliquando Iuvenum irritantibus erroribus, acrius, & vehementius sit in illos in, uehendum, se tamen semper ab ira protus alienum ostendat, & ab omni animi passione, quæ suspectum eum reddat minus bene propenso erga illos esse animo: atque ita arguat, & corripiat, ut iporum se causa id facere planè compertum habeant.

Mansuetudinem individua veluti comes sequitur humilitas, quæ in Nouitorum Magistro adeò debet effulgere, ut nihil in alijs virtutibus se profecisse putet, si hæc sola desit, & alias minùs splendescere, nisi Humilitatis ornamenti adscierint. Minime suæ tantum prudentiæ, aut doctrinæ confidat; nam sapè experientia compertum est, viros alioquin doctissimos, maxime prudentiæ, atque solertiæ, instituendis Adolescentibus in ijs, quæ sunt pietatis, & spiritus, nihil, aut parum admodum profecisse, virtute Humilitatis absente; alios verò minoris scientiæ, & doctrinæ, sed Humilitatis ornamento præstantiores in Iuuentutis educatione ista, quæ ad pietatem, & spiritualem profectum promovet, uberrimos fructus attulisse: Apertissimum scilicet argumentum, hoc esse Dei, non humanæ prudentiæ, ac sapientiæ opus, qui humilibus adstat, & superbis resistit.

Cum

Cum Saul Asinas quærens , se de tribu , & domo minima minimum Prophetæ Samueli declarasset , tum commodū Rex Iudaicæ gentis inaugurus , & sacrosancto est oleo inunctus ; haud secus Magistrum Deus illuminabit , & ad informandam iuuentutem efficiet prudentiore , si de se humiliter senserit .

Charitate etiam erga Deum , & proximū præferueat Magister Nouitiorum ; se diuini honoris zelo , quām maximē perurgeri demōstret ; se omnibus æquè comem , benignum , clementem præbeat , æquè omnes , quos pietate , & virtute informat Adolescentes , complectatur , & qui Patris spiritualis personam gerit , rerum spiritualium studeat thesauros etiam cumulare , cœlestesquè opes adaugere , quas discipulis abunde ex æquo ardens charitate impartiat , vt eo-rū ratio postulabit , siue auxilio spirituali opus fuerit , siue consilio aliquo salutari . Quapropter eos quotidie Deo enixe commendabit , diuina eorundem necessitatibus occurrendi auxilia implorabit , Sancti Iob imitatus exemplum , ne fortè peccauerint filij mei . Quod si alicuius contumacia , & procacitate animaduerteret , charitatem erga illum suo in corde deserueret , aut amorem imminui , opem statim diuinā imploret , ne odium Charitatem pellat ; pro illo preces effundat , eritq; paratus infirmitati cōmiserari ; errorem condonabit , et si exteriū indignationem , & iram simularet , vt vel criminis admoneat , vel à contumacia deterreat .

Curet etiam quām maximē , ne alicuius spētabiles mores , præclaræq; animi dotes , aut nobilis , ingenuaque indoles , pectori , ad eum magis amandum , quām alios , amoris faces accendant , aut peculiari in hunc magis affectu propendat , si verò in aliquem ob egregias virtutes propensioni se animo esse cognosceret , ne suam illam propensionem vel tantillum patefaciat , valdè hoc enim suo muneri rectè perfungendo obesset : Personarū quippe discretio plurima inferre solet damna , tranquillitatem perturbat animorum , rumores , ac tumultus suscitat , obmurmurationibus ansam præbet , & prauas gignit aliorum mentibus suspitiones . Enascientem igitur hunc priuatum iu aliquem amorem , & propensionem statim opprimat , & peccatus confodiat .

Proinde æquitatem in dividendis muneribus aut officijs seruet , & ita indifferens sit Nouitiorum rebus procurandis , vt quocunque tempore paratus sit , siue Deo , siue hominibus sui perfuncti munieris rationem reddere . Peruidebit idcirco sedulo , quod officium cuique conueniat , quodnam aptius munus : Crebro Nouitiorum regulas recolat , sæpè instituta recurrit , vt si aduerterit aliquid Adolescentes offendere , ac præcepta violare , sciat opportunè occurrendo præstantissima adhibere medicamenta , nec ullum sinat præceptum negligi .

Præceps iudicium , ac consilium cohibeat , ne celerius , quām opporteat proponendo , aut liberando , facti postea illum pœnitentiat .

Si naturali aliquo se vitio laborare compere rit, studeat illud quantum poterit emendare, vel alia virtute compensare, aut ita obtregere, ne prodat, & in affectu erumpat. Si quando apud superiorem Adolescentem errores deferre necesse fuerit, non amplificet, vel imminuat culpam, sed candido, sinceroque animo factum enarrat; nihil autem deteget, quod ipsius fidei fuerit secretò concreditum.

Atqui Prudentiam eam in Nouitiorum Magistro requiri mus, quæ possit esse, quam maxima: Hæc enim illum manu dicit; actiones dirigit; animi passiones compescit; Ex hac optimum Iuueatutis regimen, institutio, & aliorum moderatio pendet: Qua si quisquam destituantur, incredibile dictu est, quam transuersum rapiatur, in eos labatur errores, qui vel à maleficio homine essent metuendi.

Quam prudens enim, quam solidi animi, & multæ experientiæ, debet esse ille. qui subditus cum sit alijs imperat inæqualibus ætate, varij ingenij, diversæ naturæ, & qui plerunque optimam, & Religiosam disciplinam difficulter amplectuntur.

Quare ut diversitas erit ingeniorum, ita diversam adhibebit moderandi rationem; Adolescentulos admoneat suscepsum habitum maturitatem quandam animi, & severitatem mortuum secum afferre, eosque supra ætatem euehere, proinde superandam esse iumentutem moribus superioribus, dedecere multa religiosum virum, qua secularibus honestè conceduntur;

dimit-

dimittendos esse pueriles ludos, grauemq; ac probatam virilem personam in duendam.

Quia verò iuuenilis calor difficulter potest deferuescere, eos externo aliquo opere, sed exigi laboris, exercendo, occupabit, vt sit aliquid, in quo ætatis ardore extinguant. Vbi aliquando ab oratione, aut lectione, aut spiritualibus exercitijs, iuuenilis quidā torpor, aut aliarū rerum appetitus remorabitur, ijs suadeat, vt sibi fidant, intima cordis aperiant, huiusmodi segnitem patefiant, vt principijs obster. Quod vt facilius consequatur, non nihil indulgentius cùm illis aget, honestaque alicui petitioni morem geret; & sic paulatim ad aliquam mortificationem eligendā illos disponet: nihil verò sinat agere citra obedientiam, quam admonet esse diuinis oculis acceptissimā, quæ omnes religiosi viri actiones Deo gratas efficiat, & meritorias, quāquā in natura necessitatibus sit illis indulgendum, dictante Apostolo, sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Quos viderit grandioris ætatis ita tractet, vt omnia eorum intima r̄imetur, & ponderet: scrutetur, quò spiritu ad religionem inducatur, quod ex eorum simplicitate, confidentia facile cognoscet. Iubeat eos interdum aliquid difficile factu exequi; Horretur, vt praesenti animo sint, & Dæmonis temptationibus strenuè obluctentur, nec ægrè ferant, si palam de eorum defectibus arguantur. Hæc enim ætas solet esse vividior, & iracundior, subitisq; animi motibus effruescere,

E ob

ob malum sacerduli habitum; qui eorum moribus inoleuit, quem partim castigando, partim adhortationibus conabitur prorsus abolere.

Alios verò, vel ætate matura graues, aut litteris, & officio insignes alia ratione reget, quos in duo genera distribuimus: aut enim res spirituales callebunt; aut erunt earundem prorsus ignari.

Si tantum erūt doctrina conspicui, & scientia ornati, sed promptæ, alacris voluntatis ad nostram vitæ rationem luscipiendo; eos omnino prohibeat, vel legendo, vel disputando ostentare doctrinam, & ab omni munere amoueat, ita quo possint suam scientiam patefacere: quo nihil est rebus pietatis, & spiritus perniciosius, qui enim ita sunt affecti vimbratilem tam extrinseco habitu religiosi virti faciem ternerunt, catærum nihil veri religiosi habent: Authoritate enim ob doctrinæ, qua polleat, excellentiam, ea sibi licita esse existimant, quæ magnam tum creant in rebus spiritualibus oscitantiam, atque segnitiem, tum verò maximè religiosum vitum Christi imitationem profitentem dedecet.

Hoc nequissimo consilio plane usum humanæ generis hostem, ut primam illam absolutam, perfectamque Diuini Francisci religiosam disciplinam, remitteret, illius cultissimi ordinis historia testantur; ratus nimisrum est fore, si huiusmodi viri docti vento scientiæ instati in eos ordines adscriberentur; ut ab illa severa disciplina defleterent, & à suis institutoribus degenerarent. Quapropter ubi semel istorum do-

ctrinæ,

ctrinæ, & scientiæ Patres experimentum fecerint, & plane cognoverint quantum emineant, crebris eos mortificationibus tetabut; humiliata videlicet, & vilia quæque ministeria impoñent; silentium illis opportunè indicent; in spiritualibus collationibus iubeat Magister eos de rebus propositis aliquid ediscere; ex eo enim facile conficiet, quantum in via Domini profecerint, vel retrocesserint; Istorum si quidem sermo, & ratiocinatio semper erit artificio quodam exculta, composita, limata, subtilibus è theorica petitis argumentis concinnata; omnem verò dabit operam Magister, ut practicam doctrinam, moralem tantum afferant.

Si verò cum doctrina summam etiam pietatem habuerint coniunctam, & singularem morum probitatem; nullo pacto permittat superior eos professorum munia obire, nisi expressam facultatem Admodum Reuer. Praepositus Generalis concederit; Inuadet enim paulatim eorum animum quædam titillatio, sibique blandientur, perinde ac si ad alios regendos fuerint à Deo accessiti in Congregationem, non ut regerentur: Hi semper noui aliquid inducent eodem spiritu suggeste. Opportuna igitur hos adiuuandi ratio haec erit; maxima diligentia peruidere, ut fernorem illum spiritus cum perfecta voluntatis coniungant abnegatione; & denuo parvuli enadant, amoto penitus fastoso illo doctrinæ tumore, & sui existimatione.

St. Iulianus Grayson, M.A.,  
etiam

Curabit Magister, ut istos s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> mortificando, alijs praebeat mortificationis exemplar; offeret occasionem augendi spiritus fero<sup>r</sup>em, & constabiliendi eam practicē virtutē, quām doctrinā preceptis hauserint. Deuitabit uero Magister oēs prorsus cum istis disputandi occasione<sup>s</sup>, omnemquā aditum ostendand<sup>a</sup> doctrinā intercludet, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> enim isti huiusmodi motibus excitantur; atque adeo, quamuis non leuiter esset in disciplinis Nouitiorum Magister versatus, declinet omnes cum illis disputationū cōgressus. Nam huiusmodi disputationes Daemonis quandoquā dolo excitantur, vt superioris, vel contemptum in istorum animis creet, vel saltem obseruantiam imminuat; suptē enim natura suo quiquā ingenio, sententia<sup>q</sup>ue arridet, & suam magni estimat opinionem. Denique cū illis veluti cū Nouitijs agatur, qui sunt rebus spiritualibus instruendi, & identidem mortificandi; non s<sup>e</sup>culi rebus, aut doctrinis exercendi. Compescat igitur, quantum poterit hos ingentes spiritus scientijs tumidos; sed ea ratione, quam tempus, occasio, & prudentia dicetabit.

Iam verò in omni rerum difficultate Nouitiorum Magister ad orationem, tamquam ad præsentissimum omnium malorum remedium, confugiet; ea enim regetur, & veluti collirio, oculorum lippitudo sanabitur, vt prudentius, quæ agenda sunt possit prospicere. Hallucinatur enim s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>, qui sua tantum nititur prudentia, & experientia rerum, qui verò sibi minimè fidens,

fidens, vrgente necessitate, diuinum orationē auxilium implorat, cœlestes haurit afflatus, quibus mens ad actiones dirigendas diuino lumine illustratur: nullum autem est tempus, nulla adeo exigua necessitas, in qua orationis ope non indigeamus.

Quod est tempus ait Pontifex Celestinus, in quo orationis auxilio non indigemus? Quare cum viderit Magister se aliqua premi rerum difficultate, in Deo spem omnem ponat, instet, vt ait Apostolus, obsecrationibus nocte, dieque, & orationibus Deum.

Atque vt alijs sciat rectam pietatis, & spiritus augendi rationem aperire, & ad cœlum viam commonstrarre; eorum peritissimus esse debet quæ libri spirituales docent.

Primum igitur necesse erit diligent<sup>i</sup> lectione Diuum Basiliū percurrisse, Meditationes, cōfessiones, & maiorem partem operum Diui Augustini perlustrasse; libros Morales Divi Gregorij, Diuum Bernardum, opuscula D. Bonaventuræ, Vgonem de sancto Victore, Beatum Laurentium Iustinianum, Sanctum Efre<sup>m</sup>, Blosiū, Cassianum, Climacum, Landulpham de vita Christi, Thomam de Kempis; Gersonem, Dionisium Cartusianum, & huiusmodi libros spirituales legitasse; ex libris vero italico sermone conscriptis, Granatam, Auilam; Arias, Diu<sup>x</sup> Catherine<sup>x</sup> Senensis opera, & Sanctæ Theresia<sup>x</sup>, Rodriguez de spiritualibus exercitijs, Platū de bono statu Religiosi, Vitas Sanc<sup>t</sup>orum Patrū, quibus suam, Nouitiorumq<sup>ue</sup> vitam cōformet,

& quoniā plura sunt de rebus spiritualibus vōlūmina, quām quæ hominis ætas legere possit, idcirco meliora, & vtiliora feliget; ijsquè vtaur ad Nouitios pietate, probitate, & religiosa perfectione imbuendos.

Hæc assidua orationis, & lectionis exercitia mirificè Magistrum adiuabunt, ac illustrabunt mentem, vt affectum, & spiritum varietatem intērnotscat, & sciat quō se gerere debeat in singulis seorsim examinandis, ac solandis cū aliqua tentatione afflicantur, quod freqūentissimè euenire solet. Atque, cū Magni Nouitiorū salutis intersit, & recti regiminis ratio postulet, tollere quid quid pacē queat perturbare, & mutuę Charitatis vinculum dissoluere; loquaces lingus quorundam, & delattices, discor- dī semina intet fratres ferentes compescat.

Hoc maximè intuigilabit animo, ne inter Adolescentes vlli sermones habeantur, quām qui ad pietatem, & virtutem conferant, vt quæcumque rixandi, & detrahendi tollatur occasio, ne veue importunis, ac inanibus eloquijs spiritus elāgueat, quem p̄i sermones, & sanctum silentium accenderent.

At enim vt facilius, quo pede claudicent, quonè affecti sint animo Adolescentes dignoscat Magister, alicuius Patris notæ probitatis, & grauitatis opera utetur, qui per speciem Magistri seueritatis arguenda, & de illius nimio rigore cum Iuene conquerendi ab illo intimi animi sensum extorquēat, vt illius affectus, spiritus, deuotio, & animi propensio perspicue cognoscatur.

cognoscatur. Cœterūm hac in re, vt maxima prudentia opus est, & matura consideratione, ita Magister nihil temerè agat, & exploratis internis Adolescentis arcanis, ea tatione morbo occurret, quam dictabit prudentia; & necessitas postulabit.

Quoddam tormenti genus, vt aiunt, est mensa, in qua vino, & cibis animus factus hilatior, secretiora imprudens, & nolens consilia detegit, & intimas, naturæ aperit propensiones.

Idcirco in recreationibus præcipue, quæ sūt extrā Collegium ex cuiusque gestis, actionibus, hilaritate, levitate, modestia optimè explores, quò inclinet Adolescentum animi, & libentiū ferantur, eorum qualitates; mores, propensiones notet: & vbi aduertetur aliquid corrīgendum in aliud tempus opportuni correctionem rei- ciet, (nisi se: grauitas præsens remedium exigeat,) atque ita clementer, & benignè enascen- ti morbo medeatur, cum ipsi culpas ex more ac- cusabunt suas, aut in sacello eodem vesperi co- arguat, quid quid indecenter factū viderit.

Non sinat alterum alterius causæ patrocina- ri, aut multo mindi aliquem ex Patribus; hoc enim priuata amicitia, secretæ quæ familiari- tatis indicium est, quod quandam in animis ado- lesscentum generat audaciam, & maximè Præ- ceptoris imminuit autoritatem.

Quod si cōtingeret, vt intima huiusmodi fa- miliaritas inter Patrem, & clericorum aliquem iniretur, statim Magister eam deferat ad supe- riorem, qui omni cōnatū tales amicitias diri-

mat, & pernicioſiſimè rei ſupprimat principia.

Enitetur verò Magiſter, vt inter Adoleſcen-  
tes honeſta aliqua æmulatio excitetur, qua ve-  
hementius ad virtutem incendantur, quod enim  
ipſa Virtutis species & uenofas, aut ſuperioris  
adhortationes, aut Praeceptoris monita non  
poſſunt, æmulatio pleiunque confequitur.

Caveat quād diligentifimè poterit, ne quid  
mali de ſe, vel imaginātes, ſuſpicētur, proinde  
quemq; coram omnibus alloquatur, aut audiatur  
& ita omnibus ſe gerat actionibus, vt imprudē-  
tiæ argui non poſſit. Libenter audiatur ſuperio-  
rum documenta, & conſilia æ quo animo com-  
pleteatur; eorum ſiquidem conſilio, & voluntati  
ſi, veluti diuinæ, obſequetur, ne quaquam fallet  
vnquam, vel offendet; contra verò ſi ſua tantum  
nititur prudentia ſapissimè prolabetur.

Quaſcunq; ſuas actiones ita ponderabit, ac  
diriget, vt à nemine poſſit reprehendi: cauſiſ-  
muſ ſcilię ſit in omnibus, & ſuſpenſo, quod  
aiunt, pede incedat: Numquam iratus, quem-  
piam aut arguat, aut corripiāt; ſi tamē reſcu-  
lerit, crimen diſſerendo amplificet, & grauiori  
vrgat reprehensione, qua non ſe ira commoue-  
ri, ſed ipſius, quem reprehendit ſalutis cauſa,  
& communis commodi zelo præferet neceſ-  
ſitate ſe compulſum corripere, vt deinceps hu-  
iūſmodi culpas ſtudioſiſimè declinet: Hac ra-  
tione adoleſcentes delicta cognofent ſua, & ex-  
quiori animo multā ſubibunt. Nunquam le-  
uiores errores ſeueriori pœna caſtiget, nam faci-  
lē à ſe adoleſcentum animos ita abalienabit, vt  
ipſius

ipſius agrestem incelementiam perofit, respuant  
poſtea, quam adhibebit medicinam. Sunt ple-  
rique tanta dexteritatis, & prudentiæ, vt dum  
pœnam auagent, maiorem etiam erga ſe amore  
concilient, & dum acrius inuehuntur in adole-  
ſcentes, maiori ab ipſis obſeruantia colantur.

Alij verò contrā, ſive agresti natura, ſive rerum  
imperitia, ita diſſiciles, & morosi ſunt, vt omnes  
corum actiones, verba, reprehēſiones etiam le-  
nes Adoleſcentes exhorrefcant.

Quamobrem ſit omnibus benignus, clemens,  
facilis, vrbanus, non ſolum quō ſibi magis fidat  
adoleſcentes, ſed etiam, vt maiorem deferant  
honorem, cuius parens, & nutrix eſt adole-  
ſcentum benevolentia.

Sed hæc, & alia Praeceptoris Nouitiorum gra-  
uifimo muneri utiſiora conſilia, & monita, qua-  
longum eſſet recenſere, vel ipſe experientia, vel  
oratione, ad quam ſaþe configiet, & maiorum  
hauriet ex monumentis.

## XVI. DE IIS QVAE MAGISTER Nouitium debet edocere.

**T**am verum eſſe illud Apoſtoli dicūm,  
quam optimum, ſapissimè reiſa cōpro-  
batum eſt. Nolite errare, Deus non  
irritetur, que enim ſeminauerit homo, hæc  
& metet; perinde ac ſi diceret nemo ſibi per-  
ſuadeat le aliquem finem aſſequaturum, niſi op-  
portunis, & accommodatis ad finem medijs

vtatur, talis erit messis, qualis extiterit semetis.

Itaque cum vehementer optemus nostros Novitios tales euadere probationis anno, ut nuncupatis votis optimi sint profesi: Magister ijs virtutibus illos informare debet, quarum opera in vinea domini strenue adlaborent.

Hoc discriminis inter morales scientias, & speculatiwas intercedit, quod iste commentatio- ne tantum, & contemplatione comparantur, illae vero, nisi actionem coniungas, & usum, minime perfecte condiscuntur. Dabit igitur impensè operam Magister, vt Nouitij in ijs virtutibus è morali philosophia petitis se maxime exerceant, quibus illos informabit.

Illud vero conabitur cum primis ostendere, quantum diuinæ debeat bonitati, quod eos suo nomine misericorditer adeò afflavit, è mundo selegerit; pterogatiua magno reponenda loco, beneficium tam insigne, vix minimæ Christianorum parti concessum.

Quantum ergo patiatur Deus, eos tanto abuti munere uocationis, & beneficio planè celesti; maximam tanto beneficio iniuriam irrogari obnunciet, si non celeri gradu ad perfectionem, & virtutis fastigium entantur.

Sæpe proponat Congregationis instituta, regulas, ut eas non solum memoria commendent, sed etiam quodam amore, & pietate, ut sacra sanctas colant, hilariquè animo complectantur, futura velut sua sanctitatis instrumenta, & praesidia ad æternam felicitatem comparadam firmissima: custodi legem atque consilium, & erit vita

vita animæ tua inquit sapiens in proverbijs.

Hortetur etiam, ut quamcunque constitutio- nem, etiam de re minima, diligenter seruent; à minimis enim incipit Dæmon Religiosam disciplinam laxare, ut paulatim, ac sensim ad graviora transgredienda pertrahat, nec minori criminis dabitus à Deo negligenti religioso minima, quam maxima non custodisse: Inquit enim D. Bonaventura minima neglecta eò turpius maculam moribus ingerunt, quod uitari facilius cognita potuerunt: solutio legum minimarum maximas etiam dissoluit: & qui fidelis est in minimis, fidelis est in maximis testatur diuina veritas: quamobrem si perfectioni inhiac, de rebus quoque minimi momenti solliciti laborent.

Sed difficilius est eorum mentibus deuotio- nem, & pietatem infererere, ut pote qui è sa- culo recens venerint ad Religionem.

Quare studebit Magister diligentius, ut deuotionis studio se totos dicent, ex quo prope- diem reliquias virtutes acquirent; Quod si ali- quis erit, qui ultra cōmunes orandi, aut psal- lendi horas maiori orandi desiderio teneretur; indulgeat huius, si expedire viderit Magister, pi- jis votis, ni tñ domestica exercitia impedianter.

Verum eam præsterrim orandi rationē edo- ceat, quæ, quia subitis affectibus incitatati diui- nū cor, repentinis veluti ex arcu emissis sagit- tis eiaculamur, iaculatoriæ orationis nomen sortitur. Hoc enim orandi genus non solum cō- seruat, sed etiam auget deuotionem.

Doceat Nouitios suos modum orandi, rationem conscientiae examinanda; moneat intimos animi sensus esse retegundos; declaret unde nam mentis distractiones orientur; ea denique omnia accuratè patefaciat, quæ ad seruorum spiritus, vel acquirendum, vel augendum pertinere videbuntur.

Adultiores, & prouectiores ætate maiori indigent cura, & studio, vt qui ingenio sint vividiori, & seruida ætate afflidentur; nec ita faciles sint ad secreta animi arcana pandenda.

Quare oculatus, & cautiùs cum ijs agendū erit, & maiori industria erunt adiuandi; non sinat eos Magister suis obregēdis consilijs asuēscere; facilius si quidem à Dæmone decipiuntur, cùm in via salebrosa, & difficili ductore careant. Eos doceat quomodo possint è piorum librorum lectione spiritus fructum haurire; moneat vt præparent mentem quotiescumq; ad spirituales exercitationes accedent.

Plurima edisserat de Obedientiæ virtute, longius in illa laudanda prouehatur.

Et quia longè efficacissimè exempla suadēt, nūquā in more illi sit dicere, FACITE, vel FAC, sed faciamus, & se priùs operibus accingat, primus labores suscipiat; Si enim primus datis signis, in chorum, in capitulum, in triclinium venerit, erubescens discipuli se Magistri propitudine argui inertiores. Doceat, inquit Laurentius Iustinianus, magis vita, quam verbis; ipsius mores subiectorum documenta sint. Hæc confirmet sanctorū exēplis, illudq; D. Gregorij

gorij subnectat: Obedientia sola virtus est, quæ virtutes cæteras menti inserit, insitasque custodit. Demonstrabit maximo hanc apud Deum loco esse virtutem obedientiæ, cuius actus plurimis, & ijs maximis rependit beneficijs: Nullā verò Religiosum virum adquirere perfecit virtutem, sine huius coniunctione, & admiciculo, vel posse diutiùs animo infidere.

Iam verò duas in partes D. Bernardus, quod magni intererit Magistrum aduertere, Virtutē obedientiæ distribuit. Aliqua enim sunt permittente Superiorum obedientia, aliqua iubente Superiorum obedientia, Maioris hæc semper sunt meriti, prima suspectiora, in his enim nostra voluntati obsecundamus, immo ipsam nostram imperantem voluntatem sequimur, &, ut ait D. Gregorius, obedientia tunc velamentum quoddam malitiæ est. Sicerius verò in alijs, quibus ipsam superioris voluntatem præeuntem sequimur, obedientiæ virtus appetit.

Gradus obedientiæ declareret, persæpè Nouitios aliquibus difficilioribus, & perarduis actibus obedientiæ tentabit; non quidem illis insignioribus, & mitificis, quibus olim sancti Patres absolutissimè obedientiæ, & sanctitatis exempla nobis admiratione quidem digna, non tamen inconsulta imitatione reliquerant. Quò vero magis minora imperarit facienda, eò magis promptam ad obediendum eorum voluntatem explorabit, intelligetque quanti æstiment virtutem obedientiæ, quamvis superiorē reuecantur.

Ad cæteras etiam virtutes cōparandas Adolescentes, inflammet, quæ quia non nisi diuturno tempore acquiruntur, sensim earum amore in Nouitiorum mentes insinuet, & ab Obedientia ad reliquias gradum faciet. Modestia apri- mè commendet, adeo Religioso, & puberi, Māturo etiam necessariam viro, vt donec ista splēdescat, sacerdalem suboleat personam; quæ præsertim adolescentum est præclarum, & præcipuū ornementum. In qua comparanda, quia primum est cum multiplicibus passionum monstris colluctandum, & mores saceruli resecandi; magno studio, & labore opus est. Sed ubi arduum deterret opus, ipfe Magister dux præreat, & suo salebrosam viam complanet exemplo, eā modestiam, & animi, & corporis compositionē præferendo, quæ possit Adolescentes ad illā assequendam incitare. Cæterū studiosius curret, vt Nouitij laici hac præcipuè sint virtute insignes, nam cum soli plerunque domo egrediatur, & cùm sacerularibus agant, nullo comite teste: facilius possunt aliquā sua immodestia Religioni maculam inferre, & quod multorum diu peperit Virtus, vno, vel altero actu disperdere. Quare sèpissime erunt probandi, an animum hac virtute excoluerint; an se exteriū cōposuerint, & efficacius suadendi, vt siue domi, siue extra ita se gerant, ac si vbique locorum diuinus eos intuitus prospectaret, & timor eis Domini, veluti superior vigilansimus moderaretur.

Modestiam nempe sacerulares aspiciunt; ex ilia sanctitatem Religionis, & mores coniecat,

quæ

quæ vigeat disciplina; speculum mentis, ait Di- uis Hieronymus, est facies, & taciti oculi cor- dis fatentur arcana: Quia ex perfecta interio- rum passionum compositione, & plane sedato sensum tumultu modestia proficiscitur: Non est difficile ab externis interna colligere, quod enim ebullit intus, foras exhalat.

Iuuabit maximè ad huius virtutis acquisitio- nem sacerorum librorum lectio, & studium afsi- dum rerum diuinarum; quod enim corporis, & sensuum maceratione aliquando non possu- mus, continuo studio, & frequenti lectione cō- sequimur, vti testatur D. Hieronymus, Gra- tias ago Domino, quòd de amaro semine lite- rarū dulces fructus carpo. Studia scilicet effe- uescentem iuuenili ardore sanguinem compri- munt, & viciniores spiritus edomant frequenta- ta lectiones.

Hortetur præteca Nōuitios, vt libenti, & hi- lari animo quascumque mortificationes ample- ctantur, quarum ope saceruli vanitates, quæcum- que humana pessum dando, & nos ipsos despici- mus, & aternam felicitatem assequimur.

Nemo potest gaudere cum sacerulo; & in cœlo regnare cum Christo: certè post breuissima hu- ius vitę gaudia sequentur lamenta æterna, inquit Thomas à Kempis: Crux Christi est in Religio- ne ferenda, nec tam salutare pondus detrectā- dum; quod nihil aliud est, nisi iniurias tolerare, lecti duritiem, calorem, & frigus, vigilias; labores, diu, noctuquæ famem, fitim, Superio- rum acres obiurgationes procul etiam criminē,

quæ.

quæcunque Religionis incommoda [libentissi-  
mè perferre.

Quæ primo aspectu durissima nullum illis ne-  
gotium facerent, si ad ea præmia, quæ sequen-  
tur, oculos animi conuerterent, & illud Casianus  
documentū servabunt; qui interrogatus à quo-  
dam Nouitio monaco, quid sibi faciendum es-  
set, vt in suscepto monasticæ vitæ instituto per-  
seuerare posset; respondit, ita domi semper te  
habe, vt primo die, quo Religionem profes-  
sus es; nunquam domesticus efficiaris, semper  
hospes recens in domum receptus tibi videare;  
quamquam fores vetustissimus inquilinus; ne  
liberiorem, ne solutiorem te arbitris, sic enim  
fiet, vt te nunquam piceat laborum, obedire  
non recuses, aut submurmures, quod maiore,  
quam alij tibi pares, onere opprimaris.

Magnum quidem est, contra Naturæ propé-  
sionem, ac appetitus, contra prausiam inoli-  
tos animo mores, contra se ipsum inire certa-  
men, & in tanto prælio fortiter depugnare, ac  
vincere, nisi diutissimè certaminis discimus ra-  
tionem; sed quò maior erit pugna, & periculosa-  
rior, eò speciosior erit victoria; O grande spe-  
ctaculum, exclamat B. Laurentius Iustinianus,  
triumphus gloriolus, mirabile prodigium, vi-  
dere gratiam oppugnare naturam, & animum  
inniti aduersum se.

Quare Magister Nouitios doceat, vt sua li-  
benter se disciplinæ, & regimini subiçiant, vt  
ipso Duce de pernicioſissimo hoste triumphet,  
& omnibus virtutibus prodeant Deo largiente,

structi in cāpū: Ne timeant contra ſeipſos de-  
certare, ſed magno auſu ſtricto mortificatio-  
nis gladio obuiam eant; nam facile, idem ina-  
quit B. Laurentius, animi ſuī vīctor efficitur,  
cum contra ſe pugnare non veretur.

Infinita pene ſunt, quibus in ſpirituali diſci-  
plina Nouitij eſſent erudiendi. Sed ea, vt fa-  
cilius edificantur, ad tria potiſſimum capita re-  
ducit Dionyſius Areopagita, ad purgationem  
videlicet, illuminationem, & perfectionem.

Quia Magiſter prium debet Nouitios, vbi  
habitum indierint Religionis, ab omnibus pée-  
catorum ſordibus, ſecularibus moribus, & ma-  
culis omnibus, que illi adhaſerint, emundare,  
mortificando, poenas infligendo. Secundò ab  
eorum mentibus ignorantiae caliginem proposa-  
to virtutum ſplendore, diſpellere compendia-  
riam ad virtutem viam eis oſtendendo, regu-  
las, conſtitutiones explicando, orationem, &  
meditationem p̄ticipuē, ceremonias, & cœ-  
ra ad noſtram Congregationem pertinentia  
eos docendo.

Nec ab hoc opere deſiſtat, donec Christum,  
eiusq̄e perfectam imitationem in eorum ani-  
mis infixerit; vt cum Apoſtolo poſſit dicere;  
Filioli mei, quos iterum parturio, dohec for-  
metur Christus in vobis, & Nouitorum men-  
tes ardentि erga Deum, & proximum chari-  
tate ſuccenderit, qua inferiora omnia fasti-  
dientes ſoli Deo arctius adglutinentur.

Quod ſi probationis anno, non poterit No-  
uitios ad huiusmodi perfectionem adducere,  
ſatis

Iatis sit pro virili parte laborasse, ut eis perfectionis speciem obijceret, ac in eius amorem alliceret; fiet enim iuuante Deo, ut progressu temporis, quod semel cognoverint, ac adamarint, consequi studiosissimè enitantur.

Instruat vterius quomodo possint iuueniles quosdam impetus compescere, propriorum scilicet operum complacentiam, vanam gloriam, nobilitatis, diuitiarum, dignitatum, parentum, familie, splendoris domestici iactantiam.

Nō sinat eos suos errores mendacijs obuoluere, aut aliquam prætexere excusationem; non alios eorundem insimulare, aut culpam in socios rei cedere; sed mortificationis, & reprehensionis gladio prauas vitiorum radices repente succindat; ne huiusmodi minoribus crimini bus assueti, deinceps in grauiora labantur.

Puritatem vita maximè commendet, cuius studiosissimi sunt, quam vnicè diligit Christus, & à Religioso depositit.

Moneat benè de omnibus esse loquendum, præcipue de majoribus natu; edoceat à quoque sumere documenta virtutum, & rerum scitu dignarum, quas didicerint, aut legerint, brevia, quæ ad manum snt, seponere commentaria, & codices texere, sacra scripturae præsertim; cuius aliqua quotidie legenda esse D. Hieronymus, & Augustinus suadent: sacram, inquiunt, scripturam audiè legant, deuotè audiant, & ardenter addiscant. De rebus sacris, spiritualibus iuicè differere eos studeat.

De-

Denique veluti aurifex ita iuuenilium mentium pretiosissimas gemmas expoliat, ut illum, quem induxit, nitorem, quamdiu viuant, illibatum conseruent; tenacissimè enim hæredit id quod primis annis educationis Adolescentes didicent.

Absoluto probationis anno, antequam nostra Congregationis hunc cuperit vota; sciscitur ab ijs Magister, an velint perseverare, an illis placeat nostrum vivendi institutum, & disciplina; an sæculares adhuc aliquos retineant habitus, vel omnes prorsus exuerint; quantum Noviciatus anno in via spirituali profecerint.

Quod si viderit quemquam eorum patum in Christi schola didicisse, aut exiguo in virtutibus fecisse profectus; Huius rei, quam fidissimè, ac sincerissimè, nullo modo odio, amore, aut fauore suadente superiores admoneat; & sciatur, se magis Religioni omnium nostrum parenti debere, quam quibuscumque rationibus humanis.

Si ad professionem admittatur, declareret ijs, quibus se nexibus sint constrictari; quanti referat hætorum obligatio; quod onus sint subiunti; ne pronunciatis votis imprudenter in ipsa rerum difficultum experientia ab instituto resiliant, satius enim est, inquit Urbanus terius non vovere, quam post votum, prout melius potest non proficere.

Nam sicut Religiosus status Deo gratissimus est, & maximi omnium æstimatur. & Christianæ Reipublicæ utilissimus, ita neminem magis

magis Deus detestatur, & punit, quam quicquid  
salutari viuendi instituto, ac plane cœlesti reli-  
cto, ad mundum perfidissime transfugit Reli-  
gionis nequissimus perduellis.

Quamobrem huius Rei magnitudinis serio  
admonentur Nouitij, ne cum lucernæ debuiscen-  
t in domo Dei vsquequa nitescere, extin-  
ctæ fumum, ac fætorem exhalent, & euadant  
sal illud infatuatum, quod ad nihil valet, nisi ve-  
mittatur foras, & conculceretur ab hominibus.

Totius anni probationis peccatorum macu-  
las, quas contrixerint generali cōfessione de-  
tergant, & ita se præparent ad votorum nun-  
cupationem, vt cum Deo sanctissimè copulen-  
tur, & quamdiu viuant illi deuotissimè religio-  
sum obsequium præstent, quò tandem Religio-  
nis defuncti laboribüs æternam felicitatem cō-  
sequantur.

# INDEX

Capitulorum	Devotis adolescentibus	3.
	Sacramentum, et totius partis divisio	3.
I.	De Devotione	9.
II.	De Divino Officio	12.
III.	De Oratione	15.
IV.	De Missa	21.
V.	De Sacramentorum frequentia	24.
VI.	De Oblivientia	24.
VII.	De Silence	33.
VIII.	De Culpis dicendis	33.
IX.	De Sensuum exteriorum modis	40.
X.	De Vestimentis modis	42.
XI.	De Modestia in cubiculis	44.
XII.	De Modestia ad mensam	45.
XIII.	De Modestia in recreationibus	50.
XIV.	De Conditibus novitiis	52.
XV.	De Novitorum Majestate	58.
XVI.	De iis quae Magister Novitium debet docere	123.

180. R.